Civitat. Castelli
1538.

154–

155
1202.

LIBER STATVTORVM PALATII DOMINORVM
Priorum populi, & Communis Ciuitatis Caſtelli.

QVOD CIVITAS REGATVR AD POPVLVM, ET COMMVNE. CAP. I.

IN Primis quia ſecundum ſacras: & humanas ſcripturas bonum iuſtum atque iocundum eſt habitare fratres in unum, & diuiſa patria deſolabitur hac prima lege prouida eſt deliberatione ſancitum quod omnes, & singuli homines Ciuitatis, & comitatus caſtelli, deinceps se regere debeant ad populum, & comune omni prorſus ſublato partis uel diuiſionis uitio. Qui uero contrafecerit dixerit uel arengauerit quod aliter regatur penam ducentarum librarum ipso facto incurrat auferendam ꝑ dominum Poteſtatem uel alium off. qui pro tempore fuerit de facto de qua pena poteſtates uel off. qui eam fecerint deuenire in comuni habeant duos ſolidos pro qualibet libra.

DE MASSA POPVLI ET DE MODO EAM CONGREGANDI. CAP. II.

Item ſtatuerunt & ordinauerunt qđ in dicta Ciuitate ſit & eſſe debeat unum conſilium uniuerſale, & generale quod uocetur maſſa populi de quo consilio, eſſe debeant omnes ciues dicte Ciuitatis Caſtelli, & in dicto conſilio debeāt intereſſe adminus quatringenti homines & non poſint eſſe minores ſexdecim annoꝝ nec comitatini nec etiā forenſes aut aliqui qui non sint subiecti iuriſdictioni Ciuitatis Caſtelli & dictum conſilium debeat adunari in palatio cōmunis dicte Ciuitatis reſidentie dn̄orum priorum dicte ciuitatis ad ſonum campanę palatij dictorum. D. priorum & ad uocem preconis & quod dictum conſiliū non poſſit adunari niſi de mandato Dominorum prioꝝ populi pro tempore exiſtentium: Et dicti domini Priores pro tempore exiſtentes non posſint dictum conſilium adunare niſi primo, & ante omnia obtineatur in conſilio ſexdecim & in conſilio ſexaginta qui pro tempore fuerint per tres partes conſiliariorum dictoꝝ conſiliorum, & illud quod propoſitum fuerit per Priores qui dictum conſilium maſſe adunauerint debeat mitti ad partitum ad fabas albas, & nigras, & nigre habeant partitū del ſic, & albe obtineant partitum del non, & ſi dantes fabas nigras erit maior pars intelligatur obtentū id quod fuerit ꝓpoſitum per priores: & conſultum per conſiliarios. Saluo in caſibus in quibus tractaretur de ſubmiſſione dicte ciuitatis uel de aliqua diminutione iurisdictionis, & honoris dicte Ciuitatis uel eius comitatus in totum uel in partem ſuper quibus obtineri debeat in dicto conſilio per tres partes adminus de quatuor conſiliariorum preſentium: Et quod dictum conſilium habeat plenā, & liberam autoritatem, & liberum arbitrium, reformandi, ſtatuendi, & ordinandi omnia, & ſingula que in dicto conſilio placuerit, & illud quod fuerit in dicto conſilio ſtantiatum, & reformatum ualeat, & teneat, ac si factum eſſet per omnes de Ciuitate & comitatu Caſtelli predicti, & quod domini priores uel aliquis ipsoꝝ aut aliquis alius non poſſit nec debeat audeat uel preſumat dictum conſilium adunare nec adunari facere, nec facere bāniri, nec pulſari pro dicto conſilio congregando preter uel contra formam ſupradictam ad penam quingentarum librarum deñ. cuilibet qui contrafecerit pro qualibet uice, quam penam poteſtas, & quilibet rector, qui pro tempore fuerit teneatur, & debeat de facto auferre cuilibet contrafacienti, & habeat duos ſol. ꝓ qualibet libra eius quod occaſione predicta deuenire fecerit in cōmuni, & si negligens fuerit in predictis puniatur pena quingentarum lib. tempore ſui ſindicatus.

DE AVTORITATE, ET CREATIONE CONSILIORVM Specialium populi dicte Ciuitatis. Cap. III.

Item ſtatuerunt, & ordinauerunt pro bono, & pacifico ſtatu dicte ciuitatis quia difficile eſt pro omnibus & ſingulis rebus agendis dicti cōmunis congregari conſilium maſse populi, qđ in dicta ciuitate sint, tria conſilia uidelicet consilium ſexdecim, consilia ſexaginta quattuor quod conſilium uocetur consilium ſexaginta, & conſiliū centum quinquaginta, et in dictis consilijs hoc ordine procedatur: uidelicet quod de/

beant congregari de mandato. D. prioꝝ ad uocem preconis,& ſonum campane ut moris eſt in palatio reſidentie. D. priorũ populi dicte Ciuitatis,& qđ in ſupra dicto conſilio. xvi. deliberari debeat omnes ꝓpoſite quæ fierẽt uel fieri uellẽt,& ꝓponi in alÿs duobus conſilÿs,vel aliquo eoꝝ, & qđ illud qđ fuerit ordinatũ deliberatũ,& obtẽtũ ꝑ duas partes. D. prioꝝ, & cõſilÿ. xvi. mictat ad partitũ i cõſilio. LX. ad fabas nigras, & albas: & nigre obtineãt ꝑ ſic: & albe obtineãt ꝑ nõ; Addentes qđ ſi aliqs cõſiliarius poſuerit aliquas fabas conſciẽtie ſic dicte: quia i partẽ ſunt mũdate:& i parte nõ ipixidibus cõmunis ſuꝑ aliquo partito qđ i aliquo cõſilio poneret: qđ illas ĩtelligat poſuiſſe pro ſic: & in partẽ affirmatiuã nulla cõtraria cõſuetudine obſtãte: Et ſi obtẽtũ fuerit in dicto cõſilio. LX. ꝓcedatur i cõſilio. CL. & ſi ꝑdaret i cõſilio. CL. nihil valeat qđ fuerit obtẽtũ i ꝓdictis cõſilÿs. xvi. et lx. & illud qđ fuerit i ꝓdictis tribus cõſilÿs obtẽtũ ſucceſſiue ut dictũ eſt, valeat,et teneat,ac ſi fuiſſet obtẽtũ i cõſilio maſſe populi: ſaluo i caſu quo tractaret de ſubmiſſione dicte ciuit. uel de aliq̄ diminutione iurisdictionis,& honoris dicte ciuit. uel eius comitat. i totũ uel i parte: ſuꝑ qbus dicta cõſilia uel aliqđ eoꝝ nullã habeãt autoritatẽ:& ſi cõtigeret qđ factũ cõmunis micteret ad partitũ ĩter priores,et eoꝝ cõſiliũ. xvi. & ꝑdaret qđ tũc dñi priores poſſint cõgregar cõſiliũ. lxiiÿ. & ꝓponer,& ad partitũ micter illud qđ ꝑditum fuerat in conſilio. xvi. & ſi obtinebit i dicto cõſilio. lxiiÿ. ꝑ tres partes: tũc dicti domini priores poſſint cõgregar ſimul cõſiliũ. xvi. & cõſiliũ lxiiÿ. & micter dictũ partitũ i dictis cõſilÿs ſimul cõgregatis, & ſi obtinebit ꝑ duas partes cõſiliarioꝝ dictoꝝ cõſilioꝝ valeat,& teneat,& ꝓcedat ad conſiliũ. CL. ¶ Itẽ qđ omne partitũ qđ micteret i dictis cõſilÿs,uel aliquo eoꝝ,& ĩter conſiliarios dictoꝝ conſilioꝝ uel alicuius ipſoꝝ debeat obtineri ꝑ duas partes ꝓſẽtiũ ex tribus adminus, Et i congregatione ipſoꝝ conſilioꝝ & cuiuslibet ipſoꝝ debeãt eſſe ꝓſẽtes ſex ex octo partibus adminus, ſaluo qđ ſi aliqua comiſſio facta eſſet ꝑ formã ſtatutoꝝ alicui dictoꝝ conſiliarioꝝ qđ tũc non mictat ad alia conſilia: niſi illi ſoli conſilio cui facta eſſet talis comiſſio. ¶ Itẽ qđ ubi tractaretur factum alicuius ſpẽalis ꝑſone uel ubi reqrit derogatio alicuius ſtatuti: qđ tunc partitum debeat obtineri per tres partes conſiliarioꝝ ꝓſẽtium dictoꝝ conſilioꝝ: & cuiuslibet ipſoꝝ: & i caſu i quo reqrit derogatio alicuius ſtatuti ſuꝑ aliquo facto: qđ ꝑ derogatione,& obtinẽdo partito ſuper facto ꝓdicto ſufficiat ſemel obtineri i quolibet conſilio dũmodo obtineat ſicut obtineri debet ꝑ ſtatuta loqntia de tali materia: et qđ factũ alicuius ſpecialis perſone non poſit micti ad partitũ tẽpoꝛ alicuius prioratus niſi tribus uicibus tantum, & dũ ꝓponeret factũ alicuius ſpecialis ꝑſone: & talis de cuius facto tractaret eſſet ꝓſẽs ſe debeat ſtatim de dicto conſilio abſentare, & intelligatur factum alicuius ſpetialis perſone quando illud qđ mictit ad partitum reſpiceret ad comodum uel i comodum principaliter alicuius ſingularis ꝑſone poſito quod acceſſorie reſpiceret factũ comunis ciuit. caſt. Et ſi alÿ priores voluerint micter ad partitum aliqd qđ fuerit ad partitum miſſum i aliquo dictoꝝ conſilioꝝ ꝑ eoꝝ ãteceſſores ſẽꝑ debeãt ĩciper a conſilio. xvi. licet alias fuerit obtẽtum per aliqđ conſilium: & ſaluo qđ ſi tractaret de aliquo exbãnito uel de refirmatione alicuius officialis uel rectoris forẽſis dicte ciuit. debeat obtineri partitum i dictis conſilÿs per qtuor partes de quinq; partibus conſiliarioꝝ ꝓſẽtium dictoꝝ conſilioꝝ: & non uendicet ſibi locum ubi tractaret de refirmatione cãcellarÿ dicti comunis: et coneſtabilis famuloꝝ dñoꝝ prioꝝ quaꝝ refirmationum debeat obtineri ſaltim ꝑ tres partes i omnibus dictis conſilÿs,et ſi aliter contra uel ꝓter fieret: niſi ut ſupra dictum eſt: non ualeat: nec teneat ullo modo: et not. contra ꝓdicta ſcriber non atemptet ad penã XXV. lib. deñ. ſaluis alÿs ordinamentis, & ſupra infra poſitis.

QVOD NVLLVS REDARGVAT. Arengantem. Cap. IIII.

¶ Item ord. quod nullus conſiliarius,nec aliqua alia ꝑſona audeat uel preſumat conſiliarium uel arengantem improperare,increpare,uel redarguere occaſione conſilÿ ꝑ aliquem de dictis conſiliarÿs dati ſeu redditi tacite uel expreſſe: & nullus audeat rumorem uel murmurationem facer arẽganti uel pedibus, uel alio modo banchas excutere intedium uel contumeliam alicuius conſultantis uel fabas contra aliquem proicere ad penam. xx. ſol. pro quolibet,et qualibet uice, Poſſint tamẽ domini priores mandare conſulẽti, quod non debeat conſulere uel arengare extra propoſitum,extra quam nullus audeat arengare pena. XX. ſol. pro quolibet: & qualibet vice.

DE ELECTIONE, ET RENOVATIONE DOMINORVM Prioꝝ eoꝝ Not. & dictoꝝ conſilioꝝ & eoꝝ officio. Cap. V.

¶ Item ord. qđ priores populi qui pro tempore erunt: in penultimo officio prioratus cuiuslibet inſaccationis teneantur,& debeant proponere in dictis conſilÿs de modo eligendi & creandi priores & eoꝝ Not. & conſiliarios dictoꝝ conſilioꝝ. LXIIII. & CL. pro eo tꝑe modo & forma qbus ꝑ dictos dños priores: & dicta tria cõſilia obtentũ: & reformatũ fuerit cõſiliũ vero. xvi. renouet & fiat ꝑ uno ãno tm̃ hoc modo videlicet qđ priores q erũt i off. prioratus i ultimo off. xvi. cuiuſlibet i ſaccationis poſſint una cũ dictis. xvi. eliger, & ordinar dictos cõſiliarios dicti cõſilÿ. xvi. ꝑ uno ãno, qtuor uidelicet pro qualibet porta,& quolibet off. et duret unũ off. dicti cõſuli ꝑ duos mẽſes ſicut off. prioratus,et ipſis electis: & copiatis eoꝝ noĩa,& ꝓnoĩa ſingulariter: & ꝑ ſe i breuibus ſcribẽt uidel. i quolibet breui qtuor nomina cõſiliarioꝝ unius porte: & ipſa breuia ſic ſcripta uidelicet cuiuſlibet porte ꝑ ſe mittẽt & mitti debeãt i quodã marſupio ſiue ſachetta itaq; qđ ſint qtuor marſupia. ſ. unũ ꝑ qualibet porta, et micti,et inſaccari debeat ꝓdictũ conſiliũ. xvi. i capſa i qua iſaccãt off. prioratus: et ex trahi debeãt tẽpoꝛ extratiõis ipſoꝝ: & ſic ſuceſſiue i futurũ ꝓcedat i qualibet i ſaccatione dñoꝝ prioꝝ eoꝝ not. & cõſilioꝝ. xvi. et electiõe dictoꝝ alioꝝ cõſiliarioꝝ dictoꝝ cõſilioꝝ. lxiiÿ. et. cl. ¶ Itẽ qđ poſtq̄ priores fuerint creati,et electi, debeãt copiari ꝑ illos q habẽt auctor. creãdi,& ordinãdi priores,et ſcribi i cedulis carte pecudineæ uidelicet quodlibet off. ꝑ ſe cũ uno not. et dicte cedule omnes ſimul i ſaccãt. i quadã burſia alba de camuſcio et dicta burſia mictat i capſa cõſueta q claudat,& claudi debeat cũ quatuor clauibus quaꝝ una debeat eſſe penes. D. Guber. alia penes dños priores populi ꝑ tẽpoꝛ exiſtẽtes,& alia penes fratres minores,& tertia penes fratres ꝓdicatores dicte ciuit. & decta capſa debeat eſſe: & ſtar i ſacreſtia fratrũ minoꝝ dicte ciuit. & qđ dicta capſa nõ poſſint ĩde extrahi uel moueri niſi quãdo pulſat cãpana ad cõſiliũ ꝑ extractione officÿ. dictoꝝ dñoꝝ prioꝝ uel alicuius eoꝝ uel eoꝝ not. uel quãdo fieret inſaccatio officÿ dictoꝝ dñoꝝ prioꝝ,& eoꝝ not. & cõſilÿ. xvi. & ſi cõtigerit qđ aliqs ex dictis cõſiliarÿs decederet uel de numero cõſiliarioꝝ ꝓpter delictũ cõmiſſum ꝑ eũ eſſet priuatus uel cõdẽnatus i ꝑſonã quod dñi priores una cũ cõſilio de quo talis decedẽs ſeu priuatus uel cõdẽnatus erat poſſint,& eis liceat aliũ eliger: & i locũ talis decedẽtis priuati ſeu cõdẽnati ſcriber,& poner, Et nullus poſſit eligi nec iſaccari prior q nõ ſit etatis. xx. annoꝝ nec aliquis q fuerit cõdẽnatus de aliquo publico crimine: nec poſſit eligi nec iſaccari niſi unus tm̃ de una domo, nec duo fratres carnales: & ĩtelligat de una domo ſi habitauerint ad unũ regimen,& ſi contrafactum fuerit talis electio: & iſaccatio ſit nulla: & non ualeat ipſo iur: & talis iſaccatus ſi aceptauerit i mille lib. deñ. debeat cõdẽnari: nec poſſit etiã aliqs eligi cõſiliarius dictoꝝ triũ cõſiglioꝝ niſi ſit etatis. xx. ãnoꝝ ad penam. C. lib. tam electo,& acceptanti quam electori.

¶ DE Offitio dominorum priorum Ciuitatis Caſtelli. Cap. VI.

¶ Itẽ ordinauerunt,& ſtatuerunt qđ i dicta ciuitate ꝑ tuitione,& gubernatione felicis ſtatus populi ciuitat. ꝓdicte ſit off. prioratus i quo ſint octo priores uidelicet duo ꝑ qualibet porta: & habeãt ſecũ unũ Not. de dicta ciuit. & duret: & durar debeat eoꝝ off. ꝑ duos mẽſes tantũ: qui priores debeant habitare i palatio ſolite habitationis dñoꝝ prioꝝ deputato eoꝝ habitationi: & i dicto palatio durante eoꝝ off. debeant: & teneant ſtar recluſi: & ĩde nõ exir: ſaluo qđ poſſint ir diebus dñicis: & feſtiuis ad eccleſiã ad diuina off. audiendum: & quando irẽt ꝑ factis cõmunis: & tunc debeant cũ eoꝝ familia ordinata,et i eundo: et redeũdo nulli debeant ꝓbere audiẽtiã uel colloquiũ: et ſaluo qđ poſſint ire: et morari ad coꝝ domũ cauſa ĩfirmitatis ſue uel eoꝝ familie: et cauſa funeris aſcẽdẽtiũ uel deſcẽdẽtium: et collecteraliũ uſq; i tertium gradũ ſecundũ ius canonicũ: Et qđ dicti dñi priores teneãt et debeãt facer copiã de ſe ipſis hoſtÿs aꝑtis omnibus ad eos ire uolẽtibus horis cõgruis: et debitis: et qđ nullus de prioribus poſſit exire domum ſiue palatium eoꝝ habitatiõis aliqua ex ſupradictis cauſis ſine licentia ſupra prioris: nec poſſint alia de cauſa exire dictum palatium ſine exꝓſſa licẽtia ſex ſuoꝝ collegaꝝ ad penã. xxv. lib. deñ. cuilibet cõtrafacienti,& qđ qndo contingeret qđ aliquis ex prioribus exiret palatium eoꝝ habitationis ex aliqua cauſa de die uel de nocte non poſſit ĩtrare ſtare uel morari in domo alicuius priuate ꝑſone uiſi in domo ſua ꝓpria ſue habitatiõis ſiñ licẽtia ſex prioꝝ ſupradictoꝝ: peñ. C. li. deñ. ꝑ quolibet cõtrafaciẽte et qlibet uice. Itẽ qđ nullus ex prioribus poſſit loqui alicui rectori uel off. nec ſcriber aut numptiũ mictere aut ꝓcens porrigere pro facto alicuius ſpecialis perſõe in fauorẽ uel odium ſine licentia maioris par/

tis priorum,& ſi contrafecerit puniat̃ quilibet pro qualibet uice ī . xxv . lib . deñ . q̄ penā īcidat ipſo fac/
to,& cogat̃ ꝑ poteſtatē uel ſindicū maiorē finito ſindicatu dictoꝝ prioꝝ ad ſoluēdum aliquo ſtat. nō ob
ſtāte ī contrarium loq̄nte,et off. qui dictā penā deuenire fecerit ī comuni habeat quartā partē condemna
tionis de quo poſſit cognoſci ꝑ dictos off. uel aliquē eorum īfra duos mēſes poſt depoſitum off. ſui priora
tus,et finito dictorum eorum off. prioratus dicti priores,et eorum not. teneāt̃,et debeāt tribus diebus con
tinuis ſtare ad ſindicatum corā maiori ſindico dicte ciuit. q ſindicus teneatur,et debeat dictos . D . Prio
res,& not. īfra dictum terminum ſindicare de geſtis adminiſtratis,& neglectis ꝑ eos,& reꝑtos culpabi/
les uel aliquem ipſorum punire,et condemnare ſecundum formam ſtatut. factorum,& fiendorum.

¶ Quod nullus dominis prioribus populi naleat aliquid proteſtari . Cap . VII.

¶ Item ſtat. & ord. q̄d nullus cuiuſcunq; condictionis p̄heminētie uel ſtatus exiſtat audeat uel p̄ſumat
aliquid ꝓteſtari uel proteſtari facere dñis prioribus populi dicte ciuit.uel alicui eorum durāte eorum off.
prioratus,pena . C . lib . deñ . pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice .

¶ DE Extractione Dominorum Priorum . Cap . VIII.

¶ Item ſtat. et ord. q̄d per duos dies āte ītroitum noui off. prioratus ī conſilio . CL . debeāt extrahi de
ſachetta exiſtēte ī capſa ubi īſaccata ſunt officia priorum noui priores et not. ꝑ duobus mēſibus ſequen/
tibus,& ſimiliter de dicta capſa extrahātur dicto modo conſiliarÿ conſilÿ . xvi . pro dictis duobus mēſi/
bus q capſa aportetur omnibus palā,& honorifice cum tubis ī aportādo,& remictēdo,& ſēper ire,& re
dire debeāt cum dicta capſa not. dñorum priorum cum capitaneo,et tota familia dñorum priorum, & in
dicto conſilio,et extractione p̄dicta debeāt adeſſe dñi priores,et poteſtas cum ſui off. ſindicus maior can/
cellarius ſeu not. reformationum,et ceteri off. dicti cōmunis forēſes,et debeat dicta capſa aperiri in dicto
conſilio publice ꝑ not. reformationum,et extrahi debeāt de ſachetta ſeu marſupio per unum fratrem mi/
norem ſeu predicatorē,& legant̃ alta uoce dictū ꝑ Cañ.qui priores ſic extracti regiſtrēt̃ ꝑ not.dñoꝝ
prioꝝ,et cañ. cōmunis,& aliter uel alio modo extrahi nō ualeāt de ſachetta, & teneāt̃ dicti priores, &
q̄libet ipſoꝝ,& eoꝝ not. uenir̃ ad off. prioratus ea die qua īcipit eoꝝ off. pena . cc . lib. deñ. cuilibet cō
trafaciēti,ſi ſit tēpor̃ extractiōis ī ciuit.uel comit. ſaluo q̄d ſi fuerit īfirmitate grauatus ꝓpter quā ad dic
tum off. uenir̃ nō poſſet,& ſi aliquis ex dictis prioribus ſit extractus ſeu not. et mortuus eſſet extrhat̃ lo
co defuncti adiunctus de capſa p̄dicta,& de eadē porta,ſi uero fuerit abſens a ciuit. & comit. īfra . lx . mi
liaria prior de quoꝝ numero eſt extractus īfra q̄nq; dies a die ītroitus coꝝ prioratus off. numerādos . D .
priores ꝑ litteras notificar̃ teneāt̃,& ſi non redierit ad dictū off. exercēdū īfra octo dies a dicto introi/
tu numerādos tunc deſinat eſſe prior,& loco ſui īfra duos dies ꝓxime ſubſequentes teneāt̃ extraher̃ mo
do,& forma p̄dicta adiunctū,& ſi fuerit abſens extra . lx . miliaria dictā notificationē facer̃ nō teneāt̃
ſed debeāt expectar̃ ī extrahēdo adiūctū ꝑ octo dies . Itē q̄d nullus q fuerit extractus ad dictū off. prio/
ratus poſſit dictū off. renūptiar̃ ſed illud debeat aceptar̃ ad penā ducēt. lib. deñ. ꝑ quolibet renūptiāte,
ſeu nō aceptāte,& hoc nō ītelligat̃ ī abſētibus a dicta ciuit. & comit. uel ī exiſtētibus ad aliq̄d off. ſeu re/
gimen alicuius ciuitatis terre ſeu loci,& etiam in capitaneis caſtroꝝ dicte ciuitatis in quibus remaneat in
arbitrio electi,& etiam in hÿs qui acceptauerunt uel conducti fuerunt ad officia uel regimina predicta.

¶ DE Introitu domiuorum priorum : & eorum iuramento . Cap . IX.

¶ Itē q̄d dñi priores ſic extracti teneāt̃ : & debeāt prima die menſis quo incohat̃ eoꝝ off. ire,et ſe coha/
dunar̃ de mane tempeſtiue in palatio habitationis dñoꝝ prioꝝ ad ſonum cāpane cōmunis ut moris eſt,et
ibi debeant intereſſe poteſtas,& ſindicus maior,& cancellarius vna cum anteceſſoribus ipſoꝝ prioꝝ,&
cancellarius debeat deferr̃ eis iuramētū,et recipere promiſſionem modo,et forma infraſcripta uidelicet.

¶ Ad honorem, & reuerentiam oīpotentis Dei,& glorioſe virgibis Marie matris eius,& glorioſorū
apoſtolorū Petri, & Pauli,& beatorū cōfeſſorū Floridi,& Amātÿ patronorū,& defēſorū comunis et
populi ciuitatis Caſtelli, & totius curie celeſtis, & ad exaltationē pacifici ſtatus comunis, & populi di/
cte ciuit. caſt. Vos dñi priores populi ciuit. caſt. extracti de ſachetta off. prioratus dicte ciuit. ꝑ duobus
menſibus ꝓxime uēturis initiatis ī p̄ſēti die,& finiēdis deo dāte ut ſeq̄t̃ ꝓmictitis mihi not. īfraſcripto
tā q̄ publice ꝑſone ſtipulāti,& recipiēti vice,et noīe dicti cōmunis : & corporaliter iurabitis ad ſācta dei
euāgelia manu tactis ſcripturis veſtrū off. prioratus bene,& legaliter exercer̃,& dictā ciuitatē eiuſq; co
mitatū fortiā,& deſtrictū reger̃,& gubernar̃ ad popularē ſtatū,& dictū popularē ſtatū defēdere guber
nare : & manutenere totis viribus ueſtris : & iura : & iuriſdictiones dicti cōmunis ꝑ quirere : et in ueſtiga/

re ac reſcere : & augmētare : & reperta : & inuenta iuxta poſſe ueſtrū manutenere : & defendere : & con
tinuam reſidētiam in palatio veſtre habitationis facere : & in de non recedere niſi in caſibus permiſſis ꝑ
formam ſtatutornm populi : & pecuniam dictt cōmunis cuſtodir̃ : & ſaluare : & eā non expendere nec ex/
pendi facere modo inlicito : & non permiſſo : & monere : & proteſtari rectoribus : & off. dicti cōmunis
vnicuiq; ius : & iuſtitiam reddere : & ſtatuta : & reformationes obſeruare : & obſeruabitis omnia : & ſin/
gula ſtatuta : & reformationes facta : & edita de ueſtra iuriſdictione : & offitio remotis odio amore pre/
cio timore : & omni alia humana gratia .

¶ Quod priores habeant duo uexilla : & forma tradendi . CAP . X.

¶ Item ꝓuiderunt quod domini priores ꝑ tēpore exiſtentes debeant habere duo uexilla in quoꝝ uno ſit
imago cuiuſdam hominis habentis enſem in manu : & habeat campū albū : & uocet̃ uexillum iuſticie : et
aliud uexillum habeat cāpum rubeum : et ciuitatem albam : et uocetur uexillum populi : et tēpore iuramē/
ti dictoꝝ dñoꝝ prioꝝ tradat̃ ꝑ dñum poteſtatem uel capitaneum uel alium maiorem off. qui pro tēpo/
re erit in ciuitate p̄dicta : et uexillū populi primo ſupra priori : et uexillum iuſticie uni ex prioribus ſeq̄n/
tis porte que uexilla ſtent : et ſtare debeant in capſa quadriclauia in qua ſtant : et ſtare debent ſigilla dicti
communis in audientia palatÿ dominorum priorum .

¶ DE Supra priore habendo : et creando : et partitis inter eos mictendis . Cap . XI.

¶ Item teneantur dicti dñi priores prime die qua intrauerint in eoꝝ officio exercendo conſtituere unū
ex prioribus ipſius ſupra priorem cui debeant omnes alÿ priores obedire,& eoꝝ not. & faciat eos iura/
ri q̄d pro factis alicuius ſpecialis ꝑſōe nihil dicent dño poteſtati ſindico maiori uel aliquibus alÿs officia
libus dicti cōmunis nec ſcribēt aut nuntios mictēt niſi proceſſiue de uoluntate : & conſenſu maioris par/
tis dñoꝝ prioꝝ in officio exiſtentium, & quicunq; ex prioribus non obtēꝑauerit ſupra priori predicto
poſſit ſupradictus ſupra prior non obtemperantem punir in . v . ſol . deñ . pro qualibet uice . Et du/
ret off. ſupra prioris una ebdomada , & quilibet ſupra prior debeat proponere, & partitum mictere in
conſilÿs ipſe uel alius ex ſocÿs de eius mandato,& quando cōtingeret quod inter eos eſſet aliqua diſcordia
de aliquo partito faciendo inter eos debeat obtineri per ſex ex eis,& illud quod factum,& obtemptum fue
rit per ſex ex eis ualeat,& teneat ac ſi factum eſſet per omnes,& mictat̃ ad alia conſilia ordinaria dicte
ciuitatis,& ſi contingeret quod inter eos tractaretur de aliquo facto cōmunis faciendo,& ſex ex eis non
eſſent concordes quod tunc debeant conuocare,& adunare conſilium . xvi . & quod in dicto conſilio ob/
temptū fuerit procedatur ad alia conſilia,& ſi contingeret aliquem ex prioribus eſſe abſentem poſſit co/
mictere uocem,& vicem ſuam uni ex prioribus cui uoluerit .

¶ DE Auctoritate : & balia dominorum priorum . CAP . XII.

¶ Item quod quilibet debeat obedire dominis prioribus populi dicte ciuitatis, & ſi quis non obediuerit
poſſint dicti priores talem in obediētem confinare,& ad confinia mictere ſi priores omnes uel ſaltem ſex
ex eis fuerint concordes ꝑ libito uoluntatis,& etiam ſi noluerint micter̃ ad confinia poſſint mulctare,&
baunum,& mulctam imponere uſq; in quantitatem . CC . lib . & quaudo fuerint tantum tres uel quattuor
in concordia poſſint imponere penam uſq; in quantitatē . L . lib . & unuſquiſq; prior ſolus per ſe poſſit
imponere mulctam,& bānum . X . lib. quas penas,& mulctas poteſtas ſindicus maior,et quilibet alius off.
qui pro tempore erit in dicta ciuitate poſſit teneatur,& debeat ad petionem illorum qui dictas mulctas,&
penas impoſuerint de facto auferre ſine alia ſolemnitate , & effectualiter de uenire facere in com/
muni. Et quod dicti Domini priores poſſint, & eis liceat adunare conſilia ordinaria, & opportuna dic/
te ciuitatis & in eis proponere pro ut eis uidebit̃ conuenire,& quod omnes,& ſinguli conſiliarÿ ad requi
ſitionem de eis factam per tubatorem,& ad pulſationem campane excomiſſione dictoꝝ dominoꝝ prio/
rum debeant ad dicta conſilia in dictum palatium uenire hora debita ſtatim pulſatis retocchis ad penam.

V. ſol. pro quolibet, & qualibet uice exceptis abſentibus a dicta ciuitate tempore bānimenti, et conſtitutionis, & choadunationis conſiliorum per tantum ſpacium quod bānimentum uel campanam non audiuerint de quo ſtetur iuramento abſentis, & etiam graui infirmitate grauatis. Ac etiam exceptis cuſtodibus deputatis ad aliquam cuſtodiam pro cōmuni, & quilibet rector uel officialis dicti cōmunis cui comiſſa fuerit per dominos priores executio de predictis teneatur, et debeat facere executionem predictam, et habeat quartam partem eius quod deuenire fecerit in cōmuni et qđ nulla alia perſona poſſit audeat uel preſumat adunare uel conuocare aliquod conſilium comunis in dicta ciuitate pena, & bāno. CCCCC. lib deñ. cuilibet contrafacienti, & quod dicti domini priores poſſint ſcribere, & litteras mittere pro factis dicti comunis ad quācūq; comunitatem perſonas, & uniuerſitates pro ut ipſis dominis prioribus uidebitur conuenire, ita tamen quod ex eis ſex ſint concordes, & quod ſigilla dicti cōmunis ſtent in quadam capſa in qua ſint quattuor claues quarum unam quilibet prior de qualibet porta teneat una ebdomoda, & in preſentia dictorum dominorum priorum uel ſaltē ſex ex eis aperiantur, & legant omnes litere que uenirent ſeu miſſe eſſent dictis prioribus ſeu dicto cōmuni. Item poſſint, & debeant sigillare omnes, & ſingulas appodiſſas ſolutionis fiendas per cancellariū cōmunis de pecunia dicti cōmunis que sigillari debent ut reformatū fuerit legiptime per ſtatuta uel reformationes, & ſine dictis apodiſſa, & sigillo camerarius dicti cōmunis non poſſit de pecunia dicti cōmunis, & expendere nec aliquam ſolutionem facere. Itē quod nullus ex dictis dominis prioribus poſſit nec debeat reſpondere alicui petitioni ipſis prioribus fiende niſi primo deliberatū fuerit per ipſos dominos priores ſaltim per ſex ex eis quid reſponderi debeat pena. C. ſol. auferenda per ſindicū dicti cōmunis. Itē quod dicti dñi priores teneantur, & debeant proteſtari omnibus rectoribus, & officialibus dicte ciuitatis forenſibus quod officium debeant exercere bene, & legaliter, & cuiq; indifferenter iuſticiā miniſtrare, & ſtatuta eis comiſſa inuiolabiliter obſeruare. Item quod si contingeret aliquē expriorib⁹ tē pore ſui officij eſſe de aliquo consilio ordinario dicte Ciuitatis quod in partitis fiendis poſſint reddere duas fabas uidelicet unam ratione officij prioratus, & aliā ratione cōſilij. Item quod dicti domini priores poſſint, et auctoritatem habeant eligere omnes officiales dicti cōmunis ſine ſalario, et qui ſeruire debent ſine ſalario alios autem officiales terrigenas cum ſalario de quibus in ſtatutis fit mentio dicti domini priores una cum consilio. LX. poſſint eligere, et ordinare, et ſalaria eis conſtituere, & taxare pro ut eis uidebitur conuenire.

¶ DE SALARIO Dominorum Priorum, et eorum Notariorum. Cap. XIII.

¶ Item ſtatuerunt, et ordinauerunt quod domini priores preſentes, et qui pro tempore erunt, et eorum notarij habeant, et habere debeant pro eoꝝ ſalario octo lib. deñ. pro qualibet die eoꝝ officij ſine directura, et retentione uel gabella pro eorum expenſis, et quatuor domicellorum unius coqui, et unius guactari q̃ ſecum morati fuerint tempore eorum officij et quod ipſi domini priores poſſint precipere, et mandare cāmerario cōmunis qui pro tēpore fuerit quod dictam quantitatem pecuniarum eis ſoluat: et ipſam quantitatē pecunie dictus cam. eis ſoluat: et ſoluere debeat habita tamen appodiſſa ſcripta manu cancellarij: et ſubſcripta per eorum notarium non obſtante aliquo ſtatuto quod in contrarium loqueretur.

¶ DE OFFICIO NOTARII Dominorum priorum. Cap. XIIII.

¶ Item quod notarius dominorum priorum qui pro tempore fuerit ſtet, & ſtare debeat recluſus ſimul cum dominis prioribus, & debeat obedire, & obtemperare dictis dominis prioribus, et cuilibet eorum, & debeat ſcribere omnia que ſibi commiſſa erunt per dictos dominos priores, & omnes eius ſcripturas quas fecerit debeat dimittere in palatio dominorum priorum penes ſucceſſorē ſuum. Item poſſit, et ei liceat ſcribere inſtrumenta, & ſubaſtationes gebellarum, & earum prouentuum dicti communis ſecundum quod occurrerit tempore ſui offitij & accipere pro ſuo ſalario ſecundum ordinamenta gabelle, & eas in publicam formam dimittere dicto communi abſque aliqua ſolutione accipienda a communi: & etiam poſſit & debeat rogare de inſtrumentis forenſium quibus concederetur aliquid per dictos dominos priores ſecūdū formā ſtatutoꝝ, & debeat haber̃ ꝑ rogitu, et publicatione iſtrumētoꝝ. x. ſol. tātū, et nō ultra pena. C. ſol. cuilibet cōtrafaciēti ꝑ q̃libet uice, & omnes, et ſingulas ſcripturas quas rogauerit debeat ſcribere, et publicar̃, et ſcripſiſſe, & publicaſſe tē pore ſui off. et poſt exitū ſui off. nō poſſit aliq̃d ſcriber̃ addere nec minuer̃ pena, et bāno. cc. lib. deñ. et q̃ dictus not. teneat̃, et debeat ſcriber̃, et mitter̃ ĩ libro ĩ quo

ſcribit alias ſcripturas ad eius pertinentes officium omnes quantitates pecuniarū quas. D. Poteſtas, & alij officiales dicti communis dederint & aſſignauerint in publicam formam dictis Dominis prioribus.

DE OFFICIO CAPITANEI, ET CONESTABILIS FAMILIE dominorum prioum, & eius electione. Cap. XV.

¶ Item ſtatuerunt, & ordinauerunt quod prefati dñi priores habeant & habere teneantur, & debeant unum capitaneum ſeu coneſtabilem cum tripaghis famulorum armigerorum perſona dicti capitanei in dicto numero computata qui non ſint nec eſſe debeant de dicta ciuitate uel comitatu caſtelli uel de aliqua terra uel loco confinante comitatu dicte Ciuitatis exceptis quam de Aretio, qui debeant ſtare, & morari continue die noctuque ad obſequia dictorum dominorum priorum in loco, & locis deputandis ꝑ dictos dominos priores qui debeant eſſe inducti vno, & eodem colore pannorum: Et debeant incedere per dictam Ciuitatem continue armati armis defendibilibus & offendibilibus ſaltem cerbeleria, ſpata, tabulatio, & cultello, & alijs armis ſecundum uoluntatem dictorum dominorum priorum, & habeant, & habere debeant pro eorum ſalario, & mercede id & quod deliberatum fuerit & reformatum per ipſos dominos priores & conſilium. LX. ¶ Item habeant & habere debeant in domo eorum habitationis ad ſeruitium quattuor domicellos qui debeant ſe indui eorum expenſis de ueſtibus duorum colorum uidelicet bipartita ſecundum diſpoſitionem dominorum priorum qui pro tempore fuerint, & habeant & habere debeant ꝑ ſalario, et mercede duos florenos auri pro quolibet eorum & quolibet menſe, & unum coquuum & unum guattarum cum ſalario, & mercede inter ambos duoꝝ florenorum pro quolibet menſe: Quorꝝ capitanei famulorum domicellorum quoquum, & guattari electio pertineat ad dictos Dominos priores & conſilium. LX. quibus & cuilibet ipſorum per ſe de eorum ſalario & mercede ſoluatur ꝑ Camerarium dicti cōmunis de menſe in menſe ſoluendo.

DE ELECTIONE, ET OFFICIO TVBATORVM CAMPANARIORUM, & balitorum ad seruitium dictoꝝ dominoꝝ prioꝝ. Cap. XVI.

¶ Item prouiderunt & ordinauerunt quod dicti Dñi priores una cum conſilio. LX. conducant, & cōducere poſſint ad ſeruitium dicti cōmunis quattuor Tubatores, duos Campanarios, & quattuor balytores qui debeant obedire & ſeruire dictis dominis prioribus in omnibus & ſingulis que eis per dictos dominos priores fuerit preceptum ſeu mandatum, & habeant & habere debeant pro eorum ſalario & mercede dicti Tubatores decem lib. den. pro quolibet eorum & menſe quolibet, & dicti Campanarij & balitores habeant & habere debeant pro eorum ſalario & mercede pro quolibet eorum, & quolibet menſe duos florenos auri, Quorum balitores duo ex eis ſemper de nocte debeant hoſpitari in palatio dominorum priorum ad eorum officio: & predicta ueudicent ſibi locum ad preſentia, & futura, & non ad preterita uidelicet ab anno. 1375. die tertia Decembris citra.

DE ELECTIONE, ET OFFICIO CANCELLARII, ET Notarij reformationum. Cap. XVII.

¶ Item ſtatuerunt, & ordinauerunt quod domini priores qui pro tempore erunt una cum conſilio. CL. Populi dicte Ciuitatis debeant eligere vnum Notarium qui vocetur Cancellarius, & duret, durare debeat eius Officium per tempus vnius anni, Qui Cancellarius teneatur ſcribere omnes reformationes dicti communis, & eas ponere in quaterno ſeu Libro extenſe moxquam poterit ſine dilatione temporis, & de eis facere copiam cuilibet volenti eas inſpicere: Et teneatur etiam ſcribere, & facere omnes litteras quas mittere uellent domini priores populi qui pro tempore erunt ex parte comunis, & facere & ſcribere omnes alias ſcripturas que pertinerent ad dictum officium Cancell. & reformationū: Et etiam teneatur ſcribere omnes apodiſſas ſolutionum quas fieri facerent priores populi qui pro tempore erunt ſecundum formam ſtatutorum & ordinamentorum dicte Ciuitatis & omnes eius libros auctenticos in fine ſui officij penes Dños Priores qui pro tempore fuerint aut ſucceſſorem ſuum re

laſſare, Et ſi erit forenſis debeat uenire ante introitũ ſui off. ꝑ duos dies,& debeat ſtare ad ſindicatũ depoſito ſuo off. ꝑ tres dies redditurus ſui off. rationem coram ſindicatore qui ꝑ tempore erit ad officium ſindicatus: & debeat habere ſecum unum famulum,& habere debeat,& habeat ꝑ ſuo & dicti famuli ſalario,& mercede de pecunia dicti comunis illã quantitatem pecunie quã declarabunt Dñi Priores & dictum conſiliũ. C L. tempore electionis fiende de tali cancellario soluẽde ſibi ꝑ Cam̃. cõmunis de menſe in menſe pro rata, & debeat etiam habere dictus Cancellarius ſi fuerit forenſis domum pro habitatione ſua a dicto communi. ℭ Item ſtatuerunt quod dictus Cancellarius non poſſit petere percipere uel habere a cõmune dicte Ciuitatis uel alia ſingulari perſona directe uel per obliquum ultra ſalarium,& mercedem quam habebit a comuni pro aliqua ſcriptura fienda per eum pro dicto cõmune uel pro aliqua reformatione etiam ſi dictum cõmune ſeu priores uellent eas in publicam formam non obſtante qđ eas regiſtrauerit in quaterno: Et etiam teneatur dictus Cancellarius ad mandatum dominoꝝ Priorum ponere reformationes quas fecerit in ſtatutis cõmunis ſine aliquo ſalario & mercede, ſi uero eſſet facta aliqua reformatio que tangeret factum ſpecialis perſone quam talis perſona in cuius fauorem eſſet facta, uellet in publicam formam teneatur dictus Cancellarius eam ſibi dare,& tradere recepta competenti mercede que merces non poſſit tranſire ultra unum florenum quantumcunq; dicta reformatio contineret arduum negocium: Et si eſſent plures quos una reformatio tangeret non poſſit haber̃ ultra duos florenos inter omnes,& quod dictus Cancellarius teneatur & debeat facere unum librum illoꝝ qui debent aliquid recipere a comuni in quo debeat ſcribere nominatim omnia nomina illorum qui debent a dicto comuni recipere & cauſam quare, & quantitates deſtincte declarate & quod non poſſit facere aliquam apodiſſam alicui de aliqua quantitate quã recipere deberet a cõmuni niſi prius tale debitum in dicto libro sit regiſtratũ, & quod facta apodiſſa debeat de dicto libro dictum debitum cancellare ponendo annos domini, indictionem & diem qua apodiſſã fecerit de debito ſeu ſolutione ſupradictis ſub pena. xxv. librarum quotiens contrafecerit in predictis pro qualibet uice:& non poſſit dictus Cancellarius habere nec percipere occaſione alicuius appodiſſe per eum fiende aliquam quantitatem pecunie ab aliquo ciue uel officiale dicti communis niſi tantum de incantibus nec aſtipendiariys forenſibus niſi tantum duos ancontanos ad plus pro qualibet appodiſſa ſub dicta pena: & non poſſit dictus Cancellarius ſalaria aliquorum Ambaſciatorũ in dicto libro debitorum ſcribere nec eis de dictis ſalariys aliquas ſolutiones facere appodiſſam niſi primo talium Ambaſciatorum ſalarium per Dominos Priores populi,& conſilium. LXIIII. dicte Ciuitatis pro tempore exiſteñ. fuerit ſolemniter declaratum,& reformatum ſub dicta pena, & quod dictus Cancellarius non poſſit facere aliquam appodiſſam alicuius ſolutionis niſi ſecundum formam ſtat. & & ord. & ubi ſtatuta non loquerẽtur non poſſit facere appodiſſam alicui niſi elapſa medietate temporis de quo debeat recipere ſalarium uel mercedem.

ℭ DE Electione, & officio Camerariy communis. Cap. XVIII.

ℭ Item ſtat. & ord. quod electio Cam̃. camere dicti cõmunis fiat per dominos priores populi cum conſilio. C L. de ſex menſibus in ſex menſes per octo dies ante finem officiy Cam̃. pro tempore exiſteñ. cum ſalario,& mercede per dictos priores & conſiliũ declarando, qui Cam̃. in principio ſui off. teneat promictere,& iurare in manibus dominorum priorum pro tempore exiſtentium de ſuo Officio bene & legaliter exercendo, & pecunia dicti cõmunis conſeruanda, & non expendenda niſi secundum ſtatuta & ordinamenta facta & fienda, & debeat dare, & preſtare idoneos fideiuſſores de predictis faciendis & depoſito eius officio teneat reddere rationem ſue adminiſtrationis infra. x v. dies quam rationem ratiocinatores dicti cõmunis q̃ ꝑ tꝑe erunt teneantur infra dictum terminũ dictam rationem facere & finitis dictis. xv. diebus dictus cam. teneat ſtar̃ ad ſindicatum. v. diebus continuis ſub ſindico qui tũc erit deputatus ad ſindicandum,& teneatur & debeat dictus Cam̃. tenere & cuſtodire oẽs deñ. & prouentus dicti cõmunis,& non poſſit uel debeat aliquid ſoluere abſque apodiſſa ſcripta manu Not. reformationũ & ſigillata ſigillo Dominoꝝ prioꝝ quod ſigillum ad poni non debeat niſi mandato prioꝝ in ſufficienti numero iuxta quod ſigillum ſcribat per Not. Dominoꝝ prioꝝ quod ſit ſigillata mandato dictoꝝ priorũ,& ſubſcribat ſe dictus Not. hoc modo Ego. N. talis Not. dominoꝝ prioꝝ populi ſubſcripſi: & q̃

recipient aliquid uel expendent non poſſint recipere uel expendere ſine p̄ſentia alicuius ſuorũ Not. q̃ not. teneat ipſas pecunie quantitates ſcribere in Libro introitus uel exitus dicti communis ad penã dicto Cam̃. xxv. lib. den. pro qualibet uice qua contrafactũ fuerit ꝑ eum in predictis,& quod ſi per formã alicuius ſtatuti uel reformationis aliquis off. uel alia ꝑſona poſſet aliquid de pecunia dicti cõmunis expẽdere in Ciuit. uel comitatu quod tunc dictus Cam̃. debeat dictam pecuniã ſoluere ſolũ illis qui debent recipere ſecundũ apodiſſam dictorum officialium uel illius ꝑſone q̃ expẽdendi auctoritatẽ haberet, & qđ etiam camerarius de quibus ꝑſonis uel officialibus dicti cõmunis quacũq; de cauſa teneat, & debeat retineri pro cõmuni p̄dicto noĩe diricture. xiȷ. deñ. pro qualibet lib. totius quod p̄dictis uel alicui p̄dictorũ ſolueret quacunque de cauſa saluo quod predicta diritura non retineat de ſalario dominorum priorum eorum Not. & de ſalario cuſtodum ſtantialium dicti cõmunis: Et quod dictus Cam̃. quocunq; colore queſito non poſſit compelli,nec grauari ꝑ dñum Poteſtatẽ uel aliquos officiales communis de fciendo ſolutionem alicuius quantitatis pecunie contra formam pñtis ſtatuti niſi haberet pecuniã pro ipſis ſolutionibus faciendis:& quod dictus camerarius non poſſit uel debeat dare cartam Notariys dñi Poteſtatis nec aliq̃bus aliys officialibus pro factis communis ſcribendis ſub pena. xxv. lib. deñ. eidem in eius ſindicatu per ſindicatorem auferenda si contra p̄dicta fecerit niſi per aliud ſtat. aliter fuerit diſpoſitũ & ſi camerarius negaret ſe haber̃ pecuniam uideat in continenti eius ratio ꝑ ratiocinatores communis, & ſi uideatur apud ſe habere pecuniam unde ſoluer̃ poſſit ſoluat alias non compellatur quod dicta ſolutio fiat ſaluo quod ſi negaret ſe habere pecuniã,& inueniretur eum habere puniatur qualibet uice in. x. lib. den. & ſi contra predictam formam Cam̃. ſolueret puniatur in. xxv. lib. den. & de ſuo proprio uideatur ſoluiſſe, & repetere non poſſit dictam pecuniam ſolutam a dicto communi. ℭ Item quod dictus Camerarius teneatur & debeat in ſolutione fienda domino Poteſtati uel Capitanio uel aliy off. de eorum uel alicuius ipſorum ſalario conpenſare oẽs condemnationes factas tempore talis rectoris uel officialis que fuerint recoltate, & non exacte tempore offitiy poteſtatis uel capitany uel alterius officialis qui pro tempore fuerit in dicta Ciuitate: et retinere debeat de ſalario talis Rectoris, Capitany uel Poteſtatis uel alterius Officialis qui talem condemnationem recoltatam fecerit, tantum quantum fuerint ſeu caperent dicte condemnationes recoltate,& non exacte:& quod dictus Camerarius non poſſit facere aliquam ſolutionem alicui Ambaſiatori miſſo uel mictendo ꝑ dicto comuni de eius ſalario niſi primo ſalariũ talis ambaſiatoris ꝑ priores populi, & conſiliũ. LXIIII. dicte ciuitatis ſolẽniter fuerit ſtantiatũ, & declaratũ,& ſi fecerit de ſuo proprio dicto comuni reſtituere compellat in duplũ & teneatur,& debeat dictus Cam. fieri facere ꝑ Not. camere cõmunis inuentarium gñerale oı̃um,& ſingulaꝝ maſſaritiarũ, & reꝝ que eſſent in palatiys:& habitationibus officialium dicti cõmunis clar̃,& diſtincte uniuſcuiuſq; off. ꝑ ſe in quodã libro regaliũ folioꝝ expeñ. dicti cõmunis qđ inuentariũ in introitu cuiuſcũq; off. debeat per dictum Cam̃. aſſignari,& fieri ꝑ publicũ inſtrumentũ manu Not. p̄dictoꝝ, & quod ſem ꝑ ultima die off. cuilibet ex rectoribus & officialibus ſupradictis teneatur & debeat ſub pena. L. lib. deñ. pro qualibet vice inuentariũ talis rectoris uel off. conſignatum ſibi pro cõmuni integraliter facere conſignari ꝑ publicum inſtrumentum & a dictis officialibus ꝓmiſſionẽ,& ſtipulationẽ facer̃ recipere ꝑ comuni ꝑ inſtrumẽtũ ꝑ dictos ſuos Not. cõficiendũ qđ infine eoꝝ offici cõmuni p̄dicto ſiue Cam. ꝑ tꝑe exiſtente integraliter dictas res & maſſaritias in dicto inuentario ſcriptas ſecundũ eius formam reaſſignar̃, & huiuſmodi reaſignationes dicto maiori ſindico ſtatim facere manifeſtas,& quicunq; ex dictis officialibus bona predicta in dicto inuentario ſcripta & aſſignata non reaſignauerit integraliter duplũ extimationis ipſius rei non aſignate de facto cõmuni predicto in ſuo ſindicatu ꝑ eius ſindicum de ſuo ſalario faciat retineri de q̃bus rebus ſeu maſarityſ datis,& non reaſignatis ſtetur dicto inuentario,& relationi Cam. & de earum extimatione ſtet eius Cam. iuramẽto,& ſi contingeret alias maſaritias ſeu res dari ſeu denuo cõſignari uel re ꝑiri in aliquo palatio uel habitatiõe dictoꝝ officialiũ debeãt addi inuẽtario ſupradicto: Et qđ dictus Camerarius non poſſit facere alicui officiali integram ſolutionem nisi talis Officialis reaſignauerit maſaritias communis quas habuerit tempore ſui Officiy in domo ſiue Palatio ſue habitationis: Et teneatur, & debeat dictus Camerarius quolibet menſe ſaltem ſemel ire, & reuidere omnia & ſingula palatia, & habitationes officialium dicti communis, & ſi egerent aliqua reactatione seu reparatione teneat,& debeat ſtatim dñis prioribus populi dicti communis dictam reparationẽ ſeu reactationem notificare, et quod ſuper ea debeant prouider̃,& teneant,& debeant dicti Cam̃. oı̃a & ſingula inſtrumenta acta,& ſcripturas communis in armario communis cuſtodir̃, et ſaluare, et teneant facere de ſe

ipſis copiā cuilibet petenti, et teneatur quilibet Cam̄. in principio ſui offitij facere inuentariū oīum, et ſingulorum libroꝝ inſtrumentoꝝ ſcripturarum maſſaritiaꝝ armoꝝ falcimentoꝝ arneſium, et guarnimentoꝝ dicti communis clare, & diſtinte ab alio inuentario in quodam alio libro regalium foliorum expenſaꝝ dicti communis ſcribendi: et publicandi ꝑ notarium Camere qui liber ſemper debeat ſtare in camera dicti communis.

¶ DE Electione Notarioꝝ camere: & eorum Officio. Cap. xviiij.

¶ Item ſtat. & ord. quod Not. Cam̄. dicti cōmunis ſint et eſſe debeant duo de dicta Ciuitate: et duret eorum officium per tres menſes: & eligantur: & eligi debeant per collegium Not. dicti communis, & de dicto collegio exthrai de tribus menſibus in tres menſes: & ille qui fuerit extractus debeat dictum officiū per ſe exercere: & non poſſit alij comictere: & habeant: & habere debeant pro eoꝝ ſalario, & mercede de pecunia dicti communis a camerario dicti communis duos florenos pro quolibet menſe: & quolibet eorum: & ſcribere teneantur omnes: & ſingulos introitus & ꝓuentus ac etiam exitus, & expenſas: & in publicam formam redigere: & non poſſint deputari unus ad introitum: & alius ad exitum: ſed uterq; debeant ſcribere exitum & introitum ita qđ quādo unus eſſet abſens alius poſſit: et teneatur ſcribere exitum: et introitum pro ut acciderit: Et teneantur etiam ſcribere: & in publicam formam redigere: et dare dicto communi omnia: & ſingula inſtrumenta ſindicatus fienda per dictum commune et poſſint: & auctoritatem habeant cancellandi: & abolenpi de libris comunis omnes: & ſingulas condemnationes: et bāna de quibus ſolutum, & ſatisfactum fuerit dicto comuni: & illis quibus pertinuerit, & leger̄ debeant ī conſilijs expenſas fiendas per priores nomine dicti comunis: & non poſſint dicti not. nec aliquis eoꝝ reciper̄ aliquam ſolutionem ſeu mercedē a priuatis perſonis neq; a comuni ꝑdicto directe uel īdirecte nec aliquo q̄ſito color̄ occaſione dicti officij ad penam. xxv. lib. den̄. ꝑ quolibet: & q̄libet uice teneant̄ etiam dicti not. obſtender̄: & copiam legendi facer̄ cuilibet petenti condēnationes: & ſententias ſine aliq̄ mercede Item teneant̄ et debeant ad eſſe ſaltim unus ex eis ī conſilio q̄do ſententie: et condemnationes legunt̄ per poteſtatem uel capit. et officialem dannoꝝ datoꝝ: & eas auſcultar̄ dum legunt̄ et teneant̄ dicti not. ſcriber̄ inuentarium omnium: et ſingulaꝝ maſſaritiaꝝ: & reꝝ comunis quas habuerint officiales dicti communis in palatijs siue domibus eoꝝ habitationum: et qđ dicti not. de poſito eoꝝ offitio libros ītroitus: et exit. dicti comunis penes camerarium camer̄ dicti comunis qui pro tempor̄ fuerit auctenticos: et publicatos aſſignare: et demictere teneant̄ infra quinq; dies pena pro quolibet contra faciente decem lib. den̄. et ad dictam rationem ſoluat̄ ſer Laurentio Ciſci porta ſancti Iacobi: et ſer Stiabene Ciſci por. S. Egi. not. ꝓſentialiter dicte camer̄: et qđ dicti not. poſſint teneant̄: et debeant ſcriber̄ ſtipendiarios dicti communis tam equites quam pedites: et eoꝝ equos: et caſſationes: et remiſſiones eoꝝ: et ipſoꝝ moſtras ſcribere: et eſſe debeat ſimul cum offitialibus ſuꝑ conducta et ſcriber̄ moſtras rectoꝝ offitialium forenſium, & eoꝝ fam̄. et cuiuslibet ipſoꝝ ad petitionem dictoꝝ officialium ſuper couducta ſub pena. xxv. lib. ꝑ quolibet: et qualibet uice: et acciper̄ poſſint: et ualeant pro qualibet remiſſione: et caſſatione cuiuslibet equi et equitis forenſis unum ancontan̄. Cuiuslibet uero peditis forenſis unum bon̄. et ꝑ confeſſione cuiuslibet appodiſſe equitū forenſiū duos ancontanos: et pro qualibet confeſſione apodiſſe fam̄. forē. unū ācontan̄.

¶ DE Valore floreni, & moneta. Cap. XX.

¶ Item ſtat. & ord. qđ omnes floreni auri vndecunq; ſint coniati & quocunq; nomine cenſeantur debeant expēdi et recipi aquibuscunq; ꝑſonis pro eadē extimatione et ualore nulla facta diſtinctione inter floren̄. & floren̄. dūmodo ſint boni, et puri auri, et iuſti ponderis cōmunis ciuit. Caſt. Et quod debeat recipi aquibuſcunq; ꝑſonis debentibus aliquā ſolutionē recipere a tribus lib. ſupra incluſiue floren̄. auri pro quattuor lib. & octo ſol. den̄. Et qđ nullus quatrenus expendat̄ niſi pro quattuor den̄. cū dimidio pro quolibet quatreno, Et quod quicunq; fuerit debitor in aliqua quantitate pecunie quacunq; de cauſa poſſit facere ſulutionē uſq; in quātitatē. x. lib. & abinde infra in den̄. paruis ſiue minutis in quātitate. iij. ſol. ꝑ qualibet lib. eius quod ſoluere debent a decem uero lib. ſupra nullus creditor poſſit cogi ad recipiendū aliquam quātitatē den̄. paruoꝝ ſiue minutoꝝ: Et quod dn̄i Priores q ꝑ tꝑe fuerint una cū eoꝝ cōſilio. xvi. poſſint et teneāt̄ eliger̄ unū bonum viꝝ dicte Ciuit. q retineat, & retiner̄ debeat pondus dicti floreni ſine aliquo ſalario uel mercede pro tꝑe tm̄ ſex menſiū, & ille q dictum pondus receperit per ſex menſes non poſſit ipſe nec aliqs alius in apotheca ſua uel alibi uel de ſua familia dictū pondus tener̄ pro cōmuni finito eius officio inde ad unum annū proxime ſubſequentē ad pen̄. x lib. den̄. cuilibet contrafacienti: Et teneat̄ & debeat ponderar̄ oibus volentibus ponderar̄ ſine aliqua ſolutione inde ꝑcipienda a communi uel ſingulari pſōa pen̄. xx. ſol. cuilibet cōtrafacienti, & q̄libet vice q off. poſſit auferr̄ de facto ſin̄ alia ſolēnitate.

¶ Item ſtat. & ord. quod domini priores qui pro tꝑe erunt vna cum conſilio ſedecim poſſint augere, et diminuere floren̄. & monetam pro ut eis videbitur conuenire. ¶ Item quod campſores mercatores, & alij omnes tenentes pondus floreni teneantur id habere & ſcedare ſeu equare ad pondus cōmunis predictum pena. C. ſol. contrafacienti cuilibet pro qualibet vice auferenda de facto ꝑ quemcunque rectorem, & off. dicti cōmunis tamen ex ſuo offitio quam ad petitionem cuiuslibet petentis, & Not. extraordin̄. dn̄i Poteſtatis pro tempore exiſten̄. teneatur vinculo iuramenti, & ad pen̄. C. ſol. rimari & ſcrutari qualibet edomoda ſaltim ſemel contratenentes pondus floren̄. contradictam formam, & culpabiles repertos punire in penis predictis.

¶ De elactione, et officio poteſtatis dicte Ciuit. habet̄ lib. pri. ſtat. cap. primo.

DE IVRAMENTO POTESTATIS, Et ſuoꝝ officialium. Cap. XXII.

¶ Item ſtat. & ord. qđ Dn̄s Poteſtas, & eius offitiales teneantur, & debeat iurare ad ſancta Dei Euangelia mane tactis ſcripturis māutenere ad creſcere, & augumentar̄ iuxta poſſe ſuum bonū pacificum, & tranquillum ſtatum popullarem dicte Ciuit. Et iura & iuriſdictiones dicti cōmunis defender̄ augumentar̄ & protegere ſtatuta, & ordinamenta dicti cōmunis facta, & fienda obſeruare, & obſeruari facere, & cuilibet indiferent̄ iuſtitiam miniſtrare, & ſpecialiter locis, & ꝑſonis religioſis viduis pupillis & alijs miſerabilibus perſonis: & credentias dicti cōmunis ſibi impoſitas perpetuas perpetuo, & temporales ad tempus tenere & nulli pandere.

DE ELECTIONE MAIORIS SINDICI Et Iudicis appellatiōe. Cap. xxiij.

¶ Item ſtat. & ord. quod Priores populi qui pro tempore fuerint in conſilio ſexagintaquattuor populi dicti cōmunis primo menſe officij maioris ſindici, & Iudicis appellationū qui pro tēpore erit debeat tractare ſtantiare, & ordinare de electione futuri ſindici, & Iudicis appellationis: que electio fieri debeat de uno bono, & experto iuris perito & legali forenſe etatis adminus triginta ānoꝝ qui non ſit nec eſſe debeat de aliqua terra uel loco confinanti comitatui dicte Ciuitis Caſtelli uel propinqua dicte Ciuit. ꝑ triginta miliaria excepta tamen Ciuit. Aretij de qua dictus ſindicus & iudex appellationis poſſit eligi, & adſūmi non poſſit etiam eligi de terra vnde eſſet poteſtas dicte Ciuit. Caſt. uel ꝓpinqua terre dicti poteſtatis ꝑ. xx. miliaria: Et fieri debeat dicta electio de ſex menſibus in ſex menſes de qua electione ſi dicti domini priores extiterint negligentes in. L. lib. den. ꝑ quolibet ipſoꝝ ꝑ ſindicū qui eos ſindicabit vice qualibet puniantur: Qui ſindicus eligendus ipſam electionem expreſſe teneat̄ & debeat infra tertiam diem a die qua dicta electio fuerit preſentata ꝑ parte dicti cōmunis acceptare uel renumptiare ꝑ pub. inſtrumenium uel ſuas litteras reſponſales latori electionis tradendas: Et ſi acceptauerit teneatur & debeat facere reformari in terra ſua quod occaſione alicuius condēnationis q fieri contingerit de eo uel aliquo eius off. uel familiar̄ tꝑe ſui ſindicatus nō concedent̄ ꝑ cōmune ſue terre alique repreſalie contra cōmune dicte Ciuit. caſtelli aut eius ſingulares ꝑſonas, & dictam reformationem in pub. formam aportare teneatur, & conſ gnare cancellario dicti cōmunis tꝑe iuramenti dicti ſindici: Et teneat̄ et debeat dictus ſindicus ducere, & tenere toto ſui officij duos bonos legales, & expertos Not. deputandos per ipſum vnū ſuꝑ cauſis apellationis, & aliū ſuꝑ exactione datioꝝ & alijs offitijs ſibi a ſtat. ꝑmiſſ s uel ab ipſo cōmuni, et impoſteꝝ comictendis, & duos domicellos decem famulos armigeros, & armis bene fulcitos, et eodem pāno indutos: & unum bonum, & ſufficientem equum pro eius officio exercendo cum quibus exequi, & operari teneat̄, & debeat off. ſindicatus appellationis exactionis datioꝝ collectaꝝ & condemnationis & oīa aliā, & ſingula ad dictum offitiū ſpectantia quo quo modo ſecundum formam ſtat. ord. & reformationū dicti cōmunis factoꝝ & fiendoꝝ, & oīa alia ꝑ dn̄os priores populi qui pro tempore erunt, & cōmune dicte Ciuit. ſibi cōmictenda: Et habeat & habere debeat pro ſuo dictoꝝq; Not. famuloꝝ domicellorum & equi ſalario pro dicto offitio ſemextri aduentu ſindicatu mora, & reditu cartis atramento pēnis vernice paleis & alijs oibus neceſſarijs & oportunis pro dicto eius off. exercendo de hauere, & pecunia dicti cōmunis trecentos florenos auri, & etiam habere debeat duodecim den̄. pro qualibet libra cuiuslibet quantitatis quam efectualiter deuenire fecerit in communi occaſione exactionis datiorum, & condemnationum veterum quorumcunque Offitialium ab illis a quibus huiuſmodi datia, & condemnationes exigerentur de quo ſalario, & quantitatibus ſupradictis exactionū relaxare & dimictere teneat̄ penes

Cam̄. dicti cōmunis pro dicto cōmuni, & eidem ꝑ dictū Cam̄. retineatur: & retineri debeant .xij. deñ. ꝓ qualibet libra noīe diricture, et ultra uel ꝑter dictū ſalarium occaſione dicti off. uel alterius cuiuſcūq; cauſa uel aliquo q̄ſito colore direccte uel indirecie poſſit peter̄ ꝑcipere uel haber̄ ꝑ ſe uel alium: Et teneat́, & debeat dictus ſindicus tam ipſe quā ſecum ducēdi, & tenendi ad dictū off. uenir̄ ſtare: & redire toto dicto tēpore ſemextri ſuo: & ſuoꝝ Not. fam̄. & equi riſcho ꝑiculo: & fortuna, & oībus ſuis ſumptibus: & expenſis, & uenire cum oībus ſupradictis, & eſſe in ciuitate caſtelli ꝑ duos dies ante introitum ſui off. Et ſe ꝑ̄ſentar̄ coram dn̄is prioribus dicte Ciuit. ꝓ tꝑe exiſteñ. & iurameñ. ꝑ̄ſtar̄ in forma debita in conſilio. lxiiij. & in manibus cancellarij tam ipſe q̄ eius Not. fam̄. de eius off. beñ: & legaliter exercendo ſalariū uero ꝑ̄dictum ſoluat́, & ſolui debeat off. ꝑ̄dicto ꝑ Cam̄. dicti cōmunis de ipſius cōmunis quācunq; pecunia de menſe in mēſē ſoluendo ꝓ rata. Saluo ultimoꝝ duoꝝ menſium ſui offitij ſalario quod ſtare, & remaner̄ debeat peñ. dictū Cam̄. in ſequeſtro donec dictus ſindicus cum ſuis Not. & famulis ab eius ſindicatu fuerit ꝑ ſententiam abſolutus: Teneat́ etiam dictus Cam̄. de dicto ultimo ſalario ſiue paghis detrahere & retinere ꝓ dicto comuni oēs, & ſingulas quantitates condēnationum oīum recoltataꝝ dataꝝ per dictum ſindicū non exactaꝝ: & teneat́, & debeat dictus ſindicus de ſe ipſo Not. & fam̄. ſuis & equo conſignationem, & moſtram facere totiens quotieas off. conducte dicti cōmuuis deputatus, & deputand. uidebitur, & placebit & ab eis fuerit requiſitus peñ. C. lib. den. dicto ſindieo uice qualibet qua contrafecerit: Et pro pontaturis, & defectibus ipoꝝ penas ſoluer̄ ſecnndum formam ſtat. et ordiñ. dicti comunis de dicta materia loquentiū factoꝝ, & fiendoꝝ: Et debeat ſtare, & morari dictus ſindicus cum dictis Not. fam̄. & equo in dicta Ciuit. uel comitatu toto dicto tempore ſemeſtri, & non poſſit uel debeat ſe a dicta Ciuit. uel comitatu abſentare quin omni ſero hoſpitent́ in Ciuit. predicta abſq; expreſſa licentia Dn̄oꝝ prioꝝ populi qui pro tempore fuerint, et conſilij. lxiiij. quod ꝓ tꝑe erit ad peñ. L. lib. deñ. pro qualibet vice qua contrafecerit. Saluo q̄ñ irent in comitat. pro factis cōmunis: & pro dicto eorum offitio exercendo. Et non poſſit dictus ſindicus mictere in comitatu pro aliqua exactiōe fienda aliquem eius Notarium uel famulum ſine expreſſa licentia Dominorum priorum qui pro tempore erunt de qua licentia debeat aparere per Notarium Dominorum Priorum pena dicto ſindico uiginti quinque librarum denariorum pro qualibet uice qua contrafecerit: Et habeat, & habere debeat dictus ſindicus domum pro eius ſuoꝝq; Not. fam̄. & equi habitatione expenſis cōmunis. Et non poſſit dictus ſindicus comeder̄ uel bibere cum aliquo rector̄ uel officiali dicte Ciuit. uel familiari nec cū aliquo ciue uel comitatino dicte Ciuit. niſi in domo dn̄oꝝ prioꝝ: Nec etiā aliqua exculenta & poculenta recipere poſſit per ſe uel aliū directe uel indirecte pen. L. lib. deñ. ꝑ qualibet uice qua contrafecerit: Et teneat́ & debeat dictus ſindicus venir̄ ad conſilia oīa quando ꝑ priores pro tempore exiſteñ. fuerit requiſitus: Et teneat́ & debeat ſindicare priores qui pro tēpore fuerint de geſtis per eos: Et ſpecialiter, & expreſſe de negligentia, & obmiſſione elligendi offitiales dicti cōmunis. ❡ Item ſindicare: & examinare teneat́: & debeat oēs & ſingulos rectores & offitiales dicti communis eoꝝq; off. & fam̄. Et oēs & ſingulos Cam̄. depoſitarios, & Maſſarios dicti cōmunis, nec non datiarios, & datiorum collectores: & oēs alios off. ciues ad quos ꝑuenerit aliq̄d de pecunia uel bonis dicti cōmunis pro aliquo officio laborerio uel exercitio faciendo pro dicto cōmuni. Et debeat tales ad quos ꝑuenerit de pecunia uel rebus dicti cōmunis abſoluer̄ uel cōdēnare infra menſē adie depoſiti eorum off. niſi aliter eſſet prouiſum nominatim de ſindicatu alicuius dictorum off. ex ſuo off. ꝑ denūpt. uel accuſationem uel ꝑ libellum ciuiliter intentādo: Et a ſententia ſeu ſententijs ꝑ eum latis contra aliquē off. ciuem uel forenſem nulli liceat appellar̄ uel de nullitate opponer̄. ❡ Item teneat́, & debeat dictus ſindicus cognoſcere punire & condēnar̄ de oībus, & ſingulis iniurijs contumelijs exceſſis, & offenſis q̄ uel quas off. dicti cōmunis forenſes tꝑe eoꝝ officij in dicta ciuit. uel comitatu facerent uel cōmicterent: Et ipas condēnationes in cōmuni effectualiter deuenir̄ facer̄ iuxta poſſe. ❡ Itē poſſit dictus ſindicus ex ſuo officio omnes & ſingulos off. forenſes etiam durante eoꝝ off. multare uſq; in quantitatē .x. lib. den. & ſingulares alias ꝑſonas uſq; in quantitatē .C. ſol. den. conſiderata qualitate negocij, & condictione ꝑſonaꝝ. ❡ Item teneat́ dictus ſindicus exigere, & exigi facere omnia, & ſingula datia & collectas que imponerentur per dictum cōmune, & non fuerint ſolute infra terminū ſtatutum uel ſtatuendum. ❡ Item teneatur, & debeat dictus ſindicus cognoſcere, & fine debito terminare de omnibus: & ſingulis appellationibus que interponerentur ab omnibus, & ſingulis ſententijs diffinitiuis, & interlocutorijs ferendis per quoſcunque Officiales dicti communis

ſecundum formā ſtat. de dicta materia loquentium. Ac etiam teneat́ dictus ſindicus ſaltem ſemel in mēſe micter̄ Not. ſuum ad caſtra dicte Ciuit. ad faciendum muſtram, & conſignationem famuloꝝ caſtellanoꝝ ſeu capitaneoꝝ caſtroꝝ dicte Ciuit. pena. L. lib. vice qualibet qua contrafecerit: & ad hoc ut dictus ſindicus poſſit dictum ſuum officium viriliter exercere: Dn̄s poteſtas dict. Ciuit. q̄ ꝓ tꝑe erit, et quilibet alius offitialis dicte Ciuit. teneat́ & debeat ad req̄ſitionē dicti ſindici ſuum ꝑ̄bere auxiliū cōſilium & fauorem: quando opus eſſet ꝓ ſuo officio exercendo: & depoſito dicto ſuo officio ſtare ad ſindicatum ꝑſonaliter teneat́ cum dictis eius Notarijs, & famulis coram maiori ſindico dicti cōmunis uel alio deputando ad reddendum rationem adminiſtrationis ſui officij ꝑ̄libati tribus diebus continuis: & cōpletis et ſi contingerit q̄d nullus contra eū uel aliquem ex eius Not. & famulis porrigat́ libellus ciuilis uel criminalis: & ſequenti die debeat abſolui uel condemnari: Si uero contingerit quod aliqua ſingularis ꝑſona porrigeret contra eum uel aliquem ex ſuis Not. uel familia aliquem libellum ut ꝑ̄dicit́ ſtare debeat ad ſindicatum quinque diebus continuis, et cōpletis & ſequenti diē debeat abſolui uel condemnari: & q̄d ille uel illi qui fuerint deputati ad eum ſindicandū teneant́ & debeant talem ſindicū abſoluere uel condemnare infra terminū dicti ſui ſindicatus pena contrafacienti. L. lib. den. Et teneat́, & debeat in ultima ſolutione dicti ſui ſalarij facere tam ipſe ſindicus quam ſecum ducendi, & tenendi in dicto ſuo officio gn̄alem finem finitionem, & quietationem, & pactum de ulterius non petendo dicto cōmuni de omni eo quod ipſe uel aliquis ꝑ̄dictoꝝ ꝑ ſe uel alios nomine dicti officij ab ipſo cōmuni uel alia eiuſdem ſingulari ꝑſona poſſet peter̄ ꝑcipere uel habere: Et promictere contra ipſum cōmune uel ipſius ſingulares ꝑſonas, & homines in ꝑpetuum repreſaleis nullis uti nec licentiam petere aprehendendi aliqua ratione uel cauſa directe uel indirecte ꝑ pub. inſtrumentum de iure ualiturū: & ſi contingeret dictum maiorem ſindicum toto dicto ſemeſtri tꝑe in dicto off. non ſeruir̄ morte abſentia uel graui infirmitate grauatus, & detēptus ſolū pro rata tēporis quo ſeruiuerit ſibi & ſuis heredibus ius in dicto ſalario conſequatur, & ſi ut ſupradictum eſt predictus officialis eligendus ſiue ſindicus non acceptauerit uel nō uenerit talis electio de eo fcā ex nunc pro ut ex tunc ſit caſſa irita: & inanis & nullius efficacie uel ualoris ita & taliter quod uigore uel preteſtu ipſius electionis ſibi uel alicui alteri in perſonis uel rebus dicti cōmunis nullum ius ſit aliquatenus acquiſitum: Et quod dictus ſindicus teneatur, & debeat tempor̄ ſindicatus de iure reſpondere pro omnibus & ſingulis notarijs domicellis & famulis quos ſecum in dicto ſemeſtri officio retinuerit: Et ſi contingerit aliquem ex eis ſindicatus tempor̄ in aliqua quantitate pecunie condemnari quod ipſe ſindicus ipſam condemnationem ſoluere teneatur: Et teneatur & debeat dictus ſindicus aſſingnare ſeu aſſignari facer̄ Dn̄is Prioribus populi pro tempore exiſtentibus omnes quantitates pecunie quas de uenire fecerit in cōmuni ſuo durante officio in pub. formam ſcriptam per unū ex ſuis Notarijs, & nō poſſit ab eius ſindicatione abſolui niſi primo & ante omnia dederit & aſſignauerit ꝑ̄dicta ut dictum eſt.

❡ DE Electione offitialis damnorum datorum. Cap. xxiiij.

❡ Item ſtat. & ord. quod electio Not. ſeu officialis dānorum datoꝝ ſeu plani in futurum fiat, & fieri debeat continue & ſucceſſiue de ſex menſibus in ſex menſes ꝑ dn̄os Priores populi qui pro tempore fuerint cum conſilio ſexaginta quattuor populi primo menſe introitus officij off. qui pro tempore erit peñ. cuilibet priori quinquaginta lib. deñ. qui negligens fuerit in electione talis off. fienda auferenda per ſindicū tēpore eoꝝ ſindicatus. Qui officialis ſit, & eſſe debeat forenſis etatis adminus triginta annoꝝ: & non ſit de aliqua terra uel loco confinanti comitatui dicte Ciuitatis: Excepta ciuitate Aretij de qua elegi poſſit qui electus ad offitium antedictum expreſſe teneatur & debeat infra ſecundam diem a die qua preſentata ſibi fuerit electio pro parte dicti cōmunis computando acceptare uel renumptiare ꝑ pub. inſtrumentum uel ſuas litteras reſponſales tradendas latori electionis: Et ſi acceptauerit teneatur & debeat facere reformari in terra ſua quod occaſione alicuius condemnationis que fieri contingeret de eo uel aliquo eius off. uel familiare tempore ſui ſindicatus non concedentur per commune ſue terre alique repreſalie contra commune dicte Ciuitatis Caſtelli aut eius ſingulares ꝑſonas, & dictam reformationē in pub. formam aportare teneatur & conſignare cancellario dicti communis tempore iuramenti dicti off. Et habeat & ſecum ducat vnum bonum ſufficientē & legalem Not. ſex famulos armigeros, & armis omnibus bene munitos, & eodem panno indutos, & vnum bonum, & ſufficientem equum cum quibus exequi, & operari teneatur & debeat officium damnorum datorum ordinamentorum mulierum

funerũ mortuorum conuiuiorum vetitorũ & aliorum omnium ad predictum officium ſpectantiũ & ꝑti/
nentium quo quo modo ſecundum formã ſtat. ordiñ. & reformationũ dicti cõmunis & imposterum fiẽ/
doꝝ: Et habeat & habere debeat pro ſuo dictoꝝ Not. famuloꝝ, & equi ſalario in dictis ſex mẽſibus, e
pro aduẽtu mora, et reditu ſindicatu atramento, carta, uernice, cera, pẽnis, & alijs oĩbus neceſſarijs & op-
portunis ꝑ dicto eius offitio exercendo de hauere & pecunia dicti cõmunis quingentas quinquaginta lib.
den. Cort. & duos ſol. den. pro qualibet libra quantitatis pecnnie quã ex condemnattionibus quas t ꝑe ſui
offitij inſcriptis fecerit vigore dictoꝝ ordiñ. uel alicuius cum effectu in denarijs & pecunia numerata
exigerit, & deuenire fecerit in cõmuni: Excepto quã de condemnationibus que fierent ꝑ dictum off. oc/
caſione uel ꝑteſtu extractionis accuſationũ q̃ fierent de dãno dato & de condẽnationibus gualdarioꝝ &
& condẽnationibus factis occaſione canũ quacunque de cauſa de quibus nil habeat uel poſſit a dicto cõmu
ni uel ſingularibus perſonis habere. De condemnationibus uero ſeu exactionibus quas occaſio/
ne damnorum datorum ex ſua uel ſui Notarij uel familie inuentionem fecerit quas effectualiter de/
uenire fecerit in cõmuni hr̃e debeat dictus off. quintam partem, de quibus ſalario, & alijs oĩbus ſupradi/
ctis relaxare, & demictere teneatur penes camerariũ dicti cõmunis pro dicto cõmuni & eidem ꝑ dictum
Cam. retineantur & retinere debeãt duodecim deñ. pro qualibet libra occaſione, & nomine diricture.
Q uod quidem ſalarium ſoluatur & ſolui debeat officiali p̄dicto ꝑ Cam̃. dicti cõmunis de ipſius cõmu-
nis quacunque pecunia de menſe in menſe ſoluendo pro rata primo habita apodiſſa dñoꝝ priorum populi
pro tẽpore in officio exiſteñ. excepto ſalario, et pag s duorum ultimorum menſe ſui officij quod, & quæ
ſtare et remanere debeant peñ. dictũ cam. inſequeſtrum donec fuerit a ſindicatu ſuo vna cum dictis Not.
& famulis ꝑ ſententiã abſolutus: Teneatur etiã & debeat tã ſupradicta officia quã omnia alia ſibi com/
mictenda per cõmune p̄dictum exequi & effectualiter operari, & exercer̃ Nullum aliud ſalariũ a dicto
cõmuni recipiẽdo uel habendo ſecundum formã ſtat. & ordiñ. dicti cõmunis edictoꝝ, & impoſteꝝ eden
doꝝ: Et ultra uel preter dicta ſalaria nil a cõmuni predicto uel alia ſingulari perſona per ſe uel ali/
um aliqua ratione uel cauſa ꝑ directum uel obliquum habere poſſit petere uel ꝑcipere: Et teneatur, &
debeat dictus officialis cum dicto Not. fam̃. & equo uenire ſtare, & redire ipſorum omnium riſcho
ꝑiculo: et fortuna: et uenir̃ cum oĩbus ſupradictis, & eſſe in dicta Ciuitate Caſtelli, & ſe preſentare co-
ram Dñis prioribus populi pro tẽpore exiſtentibus ꝑ duos dies integros ante initium ſui offitij ſupradi-
cti: & teneatur, & debeat de ſe ipſo Not. famulis, & equo p̄dictis facere conſignationẽ & moſtram toti-
ens quotiens offitialibus conducte dicti communis deputat. & impoſteꝝ deputandis ꝑ omnia uidebit, &
placebit, & propontaturis: & defectibus ipſoꝝ penam: & penas ſoluere ſecundum formã ſtat. & ordiñ.
dicti communis de eadem materia loquentium factoꝝ, & fiendoꝝ: Q ui officialis, nec aliquis de ſua co-
mitatiua durãte p̄dicto ſuo officio, non poſſit uel debeat ſe abſentar̃ a dicta Ciuit. uel comitatu quin omni
ſero hoſpitent̃ ĩ dicta Ciuit. excepto quando irent ꝑ dictum comitatum pro factis communis, & eorum
officium exercendo peñ. C. lib. deñ. dicto officiali, & quinquaginta lib. den. dicto ſuo Not. & .xxv.
lib. pro quolibet famulo uice qualibet qua contrafecerit: Saluo ſi habuerit licentiam abſentandi a Dñis
Prioribus, & officio ſedicim dicti communis quod tunc ad penã p̄dictam pro abſentatione minime tenea-
tur: Et depoſito ſuo officio ſupradicto ad ſindicatum ſtare teneatur ꝑſonaliter cum dictis Not. & fa-
mulis coram Dño maiori ſindico dicti communis q ꝑ tempore fuerit uel alio deputando per dictum com
mune ad reddendum rationem de amminiſtratione ſui officij tribus diebus continuis: et completis ſecun/
dum formã ſtat. & ordiñ. dicti communis: Et teneat̃ & debeat in ultima ſolutione ſui ſalarij tam ipſe of-
ficialis quam ſecum ducendi, & tenendi in dicto officio facer̃ gñalẽ finitionem ꝗetationem, & pactum de
ulterius non petendo dicto communi de omni eo quod ipſe uel aliquis dictoꝝ Notarij uel famuloꝝ ab ip-
ſo communi uel alia eiuſdem ſingulari ꝑſona peter̃ poſſet percipere uel haber̃ per ſe uel alios de iure uel
defacto per directum uel per obliquum occaſione dicti officij ꝑ pub. inſtrumentũ de iur̃ ualiturũ: & pro
mictere contra ipſum commune uel ipſius ſingulares hoĩes, & perſonas imperpetuũ, repreſaleis nullis uti
nec licentiã peter̃ aprehendendi aliqua ratione uel cauſa directe uel indirecte: & ſi contingeret dictum
officialem toto dicto ſemeſtri tempore in dicto officio non ſeruir̃ morte abſent. uel aliam graui infirmi/
tate detentus ſolum pro rata temporis quo ſeruiuerit ius in dicto ſalario conſequat̃ & aliter ſibi uel ſuis
heredibus uigore dicte electionis ius aliquod non querat̃: & ſi ut ſupradictum eſt elligendus predictus
non acceptauerit uel nõ venerit electio talis de eo facta ex nunc ꝑ ut ex tũc ſit caſſa irita et inanis, et nul
lius efficacie

lius efficacie uel valoris ita, et taliter q̄d vigor̃ uel pretextu ipſius electionis nullũ ius ſibi uel alicui alteri
in ꝑſonis rebus uel bonis ſit aliq̃teñ. aquiſitũ. Et q̄d dictus officialis dãnoꝝ datoꝝ teneat̃, et debeat tẽpori
ſui ſindicatus de iure reſpõder̃ ꝑ eius Not. et famulis oĩbus, & ſingulis quos ſecũ in dicto ſemextri off. re
tinuerit, & ſi contigerit aliquem ex eis ſindicatus tẽpor̃ in aliqua quãtitate pecunie cõdẽnari q̄d ipſe off.
maior ipſã cõdẽnationẽ ſoluer̃ teneat̃, & nõ poſſit dictus off. ab eius ſindicatu abſolui per eius ſindica/
tiorẽ niſi primo aſſignauerit in publicã formã dñis prioribus populi pro tẽpor̃ exiſtẽtibus omnes ꝗtita-
tes pecunie quas ſuo durante offitio deuenire fecerit in communi.

DE ELECTIONE Oiffcialis GABELLE. CAP. XXV.

¶ Item prouiſum, & ordinatum eſt quod electio off. gabel. dicti cõmunis fiat & fieri poſſit, & debeat
cõtinue in futurũ ꝑ dominos priores populi dicte ciuit. & conſiliũ ſexaginta quattuor q ꝑ tẽpore erunt
de ſex menſibus in ſex menſes primo menſe introitus dicti officialis gabelle qui pro tempore fuerit, pe-
na cuilibet priori quinquaginta lib. deñ. q negligens fuerit in electione talis off. fienda, auferẽda per ſindi
cũ tẽpore eoꝝ ſindicatus. Q ui off. gab. eligendus ad offitiũ antedictũ ſit, & eſſe debeat etatis adminus
xxx. ãnoꝝ, & nõ ſit nec eſſe debeat ciuis nec comitatinus dicte ciuit. caſt. nec de aliqua terra uel loco cõ
finãti cũ comitatu dicte ciuit. excep. ciuit. Aretij de qua dict. off. poſſit eligi, et ad ſũmi: Q ui off. tẽneat̃
& debeat expreſſe infra ſecondã diem a die qua preſentata ſibi fuerit dicta electio pro parte dicti cõmu/
nis proxime cõputandoꝝ acceptare uel renuũptiare per pub. inſtrumẽtũ uel ſuas lr̃as reſpõſales latori ele
tionis tradendas & conſignãdas, & ſi aceptauerit teneat̃, & debeat facere reformari in terra ſua q̄d occa
ſione alicuius cõdẽnat. q̃ fieri contigerit de eo uel aliquo eius off. uel famulo tẽpore ſui ſindicatus nõ con-
cedent̃ per cõmũe ſue terre alique re p̄ſalie cõtra cõmune dicte ciuit. caſt. aut eius ſingulares ꝑſonas, &
dictã reformationẽ ĩ pub. formã aportar̃ teneat̃, & conſignar̃ cancellario dicti cõmunis tẽpore iuramẽ-
ti dicti off. Et ſecũ ducer̃, & toto tẽpor̃ ſui off. haber̃ continue, & tener̃ vnũ bonũ ſufficientẽ, et legalẽ
Not. & quattuor famulos armigeros, & armis beñ. munitos de vno & eodẽ pãno indutos cũ q̄bus exequi,
o pari teneat̃, & debeat dictũ off gabellaꝝ ſecũdũ formã ſtat. factoꝝ, & decetero fiendoꝝ & oĩa alia ꝑ
dominos priores populi, & cõmune dicte ciuit. cõmictenda, & habeat, & haber̃ debeat pro ſuo, et dictoꝝ
not. & famuloꝝ ſalario in dictis ſex mẽſibus, & ꝑ aduentu mora & reditu ſindicatu atramẽto carta uer
nice, & cera pẽnis, & alijs oĩbus ſibi & p̄dictis oportunis, & neceſſarijs ꝑ dicto eius off. exercẽdo de ha-
uer̃, & pecunia dicti cõmunis q̄dringentas q̄nquaginta lib. deñ. quod quidẽ ſalariũ ſoluat̃, & ſolui debeat
off. predicto per Cam̃. dicti cõmunis de ipſius cõmunis quacũq; pecunia de menſe in menſe ſoluẽdo ꝓra-
ta: primo tamẽ habita apodiſſa dominoꝝ prioꝝ populi ꝑ tẽpore ĩ off. exiſtent. ſigillata, et ſubſcripta ut
e moris: Excepto & ſaluo duoꝝ ultimoꝝ menſiũ ſui off. ſalario q̄d ſtare, & remaner̃ debeat penes dic-
tũ Cam̃. in ſequeſtro donec fuerit dictus off. cũ ſuo notario, et famulis a ſuo ſindicatu per ſententiã abſo/
lutus, de quo quidem ſalario relaxare, & demitter̃ teneãt̃ peñ. dictũ Cam. pro cõmuni, & idẽ cam̃. retiner̃
debeat duodecim deñ. pro q̄libet lib. occaſione nomine diritture, & vltra uel p̄ter dictũ ſalarium occaſio
ne dicti off. vel cuiuſcunq; alterius ſibi comictendi per dictum cõmune nil a dicto comuni uel alia ſingula
ria ꝑſona aliqua ratione uel cauſa ꝑ directum uel obliquum poſſit peter̃ perciper̃ uel haber̃ ꝑ ſe uel alios
niſi in quantum ſibi concederet̃ per formam ſtat. dicti comunis factoꝝ, et fiendoꝝ. Et teneat̃, & debe-
at dictus off. tã ipſe q̃ ſecum ducendi, et tenẽdi ad dictum off. venir̃ ſtare, redire omni ſuo, et ipſoꝝ om/
nium riſcho periculo, et fortuna, et omnibus ſuis ſumptibus, et expẽſis. Et uenire cum omnibus ſupradic/
ti & eſſe in ciuitate Caſtelli & ſe preſentare coram dnis Prioribus populi pro tempore exiſtentibus per
duos dies integros ante initium ſupradicti ſui offitij. Et teneatur & debeat de ſe ipſo Not. famulis pre-
dictis facr̃ conſignationẽ & monſtrã totiens quotiẽs offitialibus conducte dicti communis deputatis & de
putandis uidebitur, et placebit & fuuerit requiſitus, & pro pontaturis: & defectibus ipſas penas ſoluere
ſecundum formã ſtat. & ordiñ. dicti cõmunis de eadem materia loquentiũ factoꝝ, et imposterũ fiendoꝝ
qui off. Not. & familiares durante dicto officio nõ poſſint uel debeant ſe a dicta ciuit. uel comit. abſen
tare quin omni ſero hoſpitentur in Ciuit. p̄dicta abſque expreſſa licentia dñoꝝ prioꝝ populi q ꝑ tẽpor̃
fuerint cũ eoꝝ conſilio ſexdecim excepto tñ quãdo irent ꝑ comitatũ pro factis cõmunis, & eorum offi/
ciũ exercendo peñ. C. lib. den. dicto officiali & quinquaginta dicto Not. & .xxv. cuilibet famulo ui-

ce qualibet qua contrafactũ fuerit: & depoſito ſuo officio ſupradicto ad ſindicatũ ſtar̃ ꝑſonaliter teneatur cũ dictis not. et famulis corã dño maiori ſindico dicti cõmunis uel alio deputãdo ꝑ dictũ cõmune ad reddẽdũ rationẽ de adminiſtratione dicti ſui offitij tribus diebus continuis, & cõpletis ſecundũ formã ſtat. et ordiñ. dicti cõmunis: & teneať & debeat in ultima ſolutione dicti ſui ſalarij facer̃ tam ipſe of. quã ſecũ ducendi & tenendi in dicto officio gñalẽ finitionem quietationem, & pact. de ulterius non petendo dicto cõmuni de omni eo qđ ipſe uel aliquis p̃dictoꝝ ꝑ ſe uel alios noĩe dicti offitij ab ipſo cõmuni uel alia eiuſdem ſingulari perſona poſſet petere percipere uel habere: Et promictere cõtra ipſum cõmune uel ipſius ſingulares hoĩes & ꝑſonas im ꝑpetuum repreſalijs nullis vti nec licentiam petere aprehendendi aliqua ratione uel cauſa directe uel indirecte ꝑ pub. inſtrumentum de iure ualiturum, et ſi contingerit dict. off. toto dicto ſemeſtri tempor̃ in dicto off. nõ ſeruir̃ morte abſentia, uel graui infirmitate detemptus ſolũ ꝑ rata tẽporis quo ſeruiuerit ſibi uel ſuis heredibus ius in dicto ſalario cõſequať: Et ſi ut ſupradictũ eſt p̃dictus off. eligendus non aceptauerit uel nõ uenerit talis electio de eo facta ex nunc pro ut ex tunc ſit caſſa irita, & inanis, et nullius efficacie uel ualoris ita & taliter qđ uigore uel p̃teſtu ipſius electionis ſibi uel alicui alteri in ꝑſonis uel rebus dicti cõmunis nullum ius ſit aliquatenus acquiſitũ: Et qđ dict. off. gabel. teneať et debeat tẽpore ſui ſindicatus de iure reſpõder̃, ꝑ eius not. & famulis oĩbus quos ſecũ in dicto ſemeſtri officio retinuerit: & ſi contingerit aliquem ex eis ſindicatus tꝑe in aliqua quantitate pecunie condemnari qđ ipſe maior off. ipſam condemnationem ſoluere teneať: Qui of. teneatur, et debeat aſſignare in pub. formã Dñis Prioribus populi ꝑ tꝑe exiſtẽtibus oẽm quãtitatẽ pecũie quã ſuo durãte off. aeuenir̃ fecerit in cõmuni: et ꝑ eius ſindicatorẽ abſolui nõ poſſit niſi primo p̃dictã aſſignatiõem fecerit ut dictũ eſt.

¶ DE Electione, & officio vexiliferorum ciuitatis. Cap. XXVI.

¶ Item ſtat. & ord. qđ in dicta Ciuit. ſint & eſſe debeant quattuor vexiliferi: videlicet vnus ꝑ qualibet porta etatis adminus triginta annoꝝ: & debeant hr̃e quattuor conſiliarios pro quolibet ipſoꝝ qui ſint & eſſe debeãt populares, & de populo, et originarij ciues dicte ciuit. amatores: & zelatores pacifici: et popularis ſtatus dicte ciuit. quoꝝ officium duret, & durare debeat ꝑ tempus ſex menſium: et debeat fieri electio ꝑ Priores, & conſilium ſexdecim: qui pro tẽpore erunt, & fiat eoꝝ inſachatio, & mictatur in capſa in qua mictuntur priores & conſilium. xvi. & extrahantur de ſex menſes in ſex menſes tempore quo extrahunť priores de dicta capſa, & quod nullus vexilifer aut eius conſiliarius ſic extractus poſſit renumptiare ſuo off. & ſi renumptiauerit talis renũptiatio non ualeat, et incidat in penã. xxv. lib. deñ. & poſſint, et debeant ſaltim ſemel in menſe ſimul cõuenire cum eoꝝ conſiliarijs, et alijs hoĩbus dict. ciuit. quos vocare uoluerint aut vocari fecerint: Et conferre ſimul de hijs que pertinerent ad pacificum tranquillum, & popularem ſtatum dicte Ciuit. & pro cuſtodia dicte Ciuit. in palatio dñorum priorum. & ea que contulerint debeant referre dñis prioribus qui pro tẽpore erunt: & dicti Dñi priores debeant mictere in conſilijs opportunis dicte Ciuit. id quod delatum fuerit ꝑ p̃dictos uexiliferos peñ. C. lib. deñ. ¶ Item quod p̃dicti vexiliferi teneantur, & debeant dare preſtare auxiliũ conſiliũ & fauorẽ dñis prioribus populi poteſtati, & alijs oĩbus & ſingulis officialibus dicti cõmunis qui pro tẽpore fuerint dum ab eis fuerint reqſiti in executionibus et ꝑ executionibus que occurerint cõtra magnates aliquos et in alijs neceſarijs & oportunis pro conſeruatione ſtatus popularis pacifici & tranquilli dict. ciuit. Caſt. Qui etiam vexilliferi teneanť & debeant tempore alicuius rumoris uel tumultus: & quando priores eos requiſiuerint ire cum eorum conſiliarijs, & cum eorum vexillis & hoĩbus armatis eoꝝ porte ad palatiũ dictorum dñoꝝ priorum, & mandatis ipſoꝝ plenarie obedire teneantur: Et debeant tempore alicuius exercitus uel caualcate fiende ꝑ dictum cõmune in dictum exercitum uel caualcatam equeſter accedere cum eorum uexillis & hominibus eorum porte ꝑut & ſicut ꝑ dños priores eis iniunctũ fuerit & mandatum: Et habeat & hr̃e debeat pro prima die qua iuerit in dictum exercitum uel caualcatam de hauere & pecunia communis unum florenum auri: Et ſi ſteterit in dicto exercitu uel caualcata ultra vnam diem, habeat & habere debeat medium florenum pro qualibet die: qua ſteterit in dicto exercitu uel caualcata, & non ultra. Et quod tempore alicuius rumoris uel tumultus exerciuts uel caualcate, & pro cuſtodia dicte ciuit. teneantur & debeant omnes de dicta ciuit. Caſtelli ire & accedere armati cum eoꝝ armis ad domum uexilliferi ſue porte ſine mora, & non allibi, & ſi alibi aliquis acceſſerit, & traſſerit pre

ter quã ad palatium dominorum priorum peñ. ccccc. lib. pro quolibet, & qualibet uice effectualiter per poteſtatẽ debeãt cõdẽnari, & obedire, et parer̃ mãdatis dictoꝝ vexilliferoꝝ cuilibet uexilifero ſue porte peñ. quadraginta ſol. cuilibet contra facienti quã penã quilibet off. dicte ciuitatis caſt. de facto exequi teneať ad petitionẽ dictoꝝ uexilliferoꝝ: Vexilla uoro dictoꝝ uexilliferoꝝ ſint, et eſſe debeãt de ſindone ad campũ albũ: & crucẽ rubeã cum banda cum lilijs: et raſtellis ex parte ſuperiori pro ut ſunt hactenus conſueta, que dari & aſſignari debeant dictis uexilliferis, & cuilibet ipſoꝝ per ſupra priorem priorum populi dicte ciuitatis pro tempore exiſtent. in ſala palatij populi, & in conſilio generali, & ſpitiali dicte ciuitatis caſtelli, Et teneãtur, & debeant dicti uexilliferi ultima die ſui offitij dicta uexilla reaſſignare, et dare dominis prioribus populi dicte ciuitatis pro tempore exiſtentibus peñ. centũ. lib. deñ. cuilibet contrafacienti, & nullus de dicta ciuitate uel aliunde audeat uel preſumat in dicta ciuitate caſtelli eius comit. uel diſtrictu eleuare portare uel derigere aliquam banderiam uel inſingnia niſi ſolum p̃dicta uexilla, & bãderiã dicti cõmunis, et populi in dictis ciuitate et comitatu ꝑ dictũ comune ordinata, et data niſi qñ irent uel redirent in aliquod regimen uel offitium uel ad ſtipendium ſolum in actu eundi, & redeundi ſub peñ. lib. mille deñ. cuilibet contrafacienti, & lib. quingentaꝝ deñ. cuicunq; ſub predictis banderijs uel inſignijs eunti uel aliqualiter agregati, & quod nullus debeat ſe adunare ad petitionem alicuius nobilis ſeu magnatis uel alicuius ſpetialis perſone ad aliquod conſiliũ quod poſſit redundare indetrimentum popularis ſtatus dicte ciuit. in aliqua domo eccleſia uel aliquo alio loco dicte ciuit. ad penam. CC. lib. deñ.

¶ DE ELECTIONE Et offitio penoneriorum comitatus. Cap. XXVII.

¶ Item ſtatuimus, & ordinamus quod fiant, et fieri debeant pro cõmuni predicto penones de ſindone ad arma populi dicte ciuit. uidelicet ad campum album, & crucem rubeam cum banda delilijs, & raſtellis ex parte ſuꝑiori pro ut ſunt uexilla populi uexiliferoꝝ dicte ciuit. qui quidem penones denť et dari debeant in comitatu dicte ciuitatis unũ ſcilicet in quolibet pleberio illis hominibus dictoꝝ pleberioꝝ dicti comitatu quos domini priores populi cum conſilio ſexdicim duxerint nominãdos et appellentur, & appellari, & uocari debeant dicti penonerij, penonerij populi comitatus caſtelli, & duret eorum offitium ſex menſes, & in futurum de ſex menſibus in ſex menſes dictoꝝ penoneriorũ electio fiat per dictos dominos priores populi, & conſilium ſexdicim pro tempore exiſteñ. qui penones dentur, & dari debeant penonerijs ut ſupra dicitur eligendis ſingulis ſex menſibus in ſala palatij dominorum priorũ populi dicte ciuit. per dominũ poteſtatẽ dicte ciuitatis ſeu ſupra priorẽ qui pro tempore erunt in conſilio gñali, et ſpetiali: Prouiſo & declarato quod finito dicto ſemeſtri tempore dicti penonerij comit. & quilibet ipſoꝝ teneantur, & debeant reaſignare penones eoꝝ dominis prioribus populi pro tempore exiſteñ. per duos dies ante finem eoꝝ offitij ſub pena lib. quinquaginta pro quolibet ipſoꝝ: Qui ꝑ tẽpore eorum offitij, & quilibet ipſorum teneantur, & debeant quãdocunq;, et quotienſcunque requiſiti fuerint pro cuſtodia: et occaſione cuſtodie dicte ciuitatis uel diſtrictus de mandato dñoꝝ priorum populi dicte ciuitatis per litteras numptios uel balitores ipſorum venire, & ſtare cum dictis eorum penonibus, et cum hominibus eoꝝ plebat. in ciuitate predicta ad ipſius ciuitatis cuſtodiã ac etiam ad illa loca que uoluerint ipſi domini priores populi in quantitate & numero eis imponendo, et mandatis dominorum priorum populi pro tempore exiſteñ. et domini poteſtatis, & cuilibet ipſorum plenarie obedire, teneantur etiã, & debeant dicti penonerij durante dicto tempore eoꝝ offitij cum hominibus eorum plebatus quotiens fuerit oportunũ, & expediẽs offitialibus, & familiaribus dominoꝝ prioꝝ uel domini poteſtaiis, & alioꝝ offitialiũ dicti cõmunis pro tempore exiſteñ. & cuilibet ipſoꝝ in proſecutione malefactorum proſequendo, & capiendo exbannitos, & condẽnatos dicti cõmunis, & in alijs executionibus per eos fiendis et maxime contra magnates dicte ciuitatis auxilium cõſiliũ, & fauorem dare bona fide prõpte, & fideliter exhibere: Ac ẽt teneanť, & debeãt proſequi, & capere oẽs et ſingulos in comitatu uel diſtrictu caſtelli de die uel de nocte melleſitia cõmittentes, & eos captos in fortiam dicti cõmunis ponere, & pſcaliter p̃ſẽtare peñ. C. lib. deñ. pro quolibet, & qualibet uice quã predictis uel aliquo p̃dictorum extiterint negligentes, & teneantur, & debeant omnes, & ſinguli homines cuiuſcunq; plebatus comitatus dicte ciuitatis dictis penonerijs obedire, & parere uidelicet unuſquiſq; penonerio ſui plebatus quotiens ab eis fuerint reqſiti peñ. C. ſol. quolibet con

trafaciente, et q̄libet uice q̄ pena de facto ꝑ quecūq; offitialē dicti cōmunis exequi debea ꝑ dicto cōmuni.

ℭ DE ELECTIONE ET OFFITIO Ratiocinatorum. Cap. XXVIII.

ℭ Item ſtat. & ordinauerūt quod per priores populi, & conſilium ſexdecim qui pro tēpore erunt elligantur quatuor ratiocinatores dicti cōmunis, uidelicet unū pro qualibet porta quorum unus ſit Not. ad minus qui debeant facere uidere calcular, et rationacinari omnes rationes cōmunis uidelicet camerarij camere comunis, depoſitarij datiorum ueterum: & oīum aliorum exigentium datia, & fumos infra menſem a die finiti termini datioꝝ et fumoꝝ pro dicto cōmuni: Superſtitū ad quos peruenerit aliqua quantitas pecunie de hauer dicti cōmunis, Et alias rationes omnium, & ſingulorum ad quos peruenerit aliqd de pecunia dicti cōmunis, ad penam quinquaginta lib. deñ. pro quolibet contrafaciente, & quod quando predicti officiales facient rationes p̄dictas debeant eſſe in concordia ſaltim tres ex eis, & quod rationes factas, & calculatas per eos debeant mittere, & ponere ad librum del caſtello.

ℭ DE ELECTIONE Et offitio conducte ſeu muſtre. Cap. XXIX.

¶ Item ſtatuerunt & ordiñ. quod dñi priores pro tẽpore exiſteñ. cum conſilio. CL. debeant eligere priores ſeu rectores hoſpitalium cõmunis pro eo tꝑe quo eius uidebitur. ¶ Item quod predicti domini priores cum dicto conſilio poſſint teneantur & debeant elligere, & nominare unum bonum uirum de dicte Ciuit. originarium qui regat dictam fraternitatem & deſtribuat elimoſinas inter pauperes & poſſit agere contra quoſcunque debentes aliquid dare dicte fraternitati & defendere dictam fraternitatem. cuius officium duret tanto tempore quanto deliberatum fuerit per dictos Dominos Priores, & Conſilium: Et debeant dicti Domini Priores vna cum dicto Conſilio eligere vnum bonum: & legalem Notarium de dicta Ciuitate etatis ad minus uigintiquinque annorum pro eo tempore quo eis videbitur: Et etiam debeant elligere & facere inſaccationem de rectoribus dicte fraternitatis qui debeant eſſe quattuor vnus uidelicet pro qualibet porta quoꝝ offitium duret ſex menſibus & debeat fieri inſaccatio ꝑ tempus quinque annoꝝ: Et debeat dicta inſaccatio ſtare penes priorem dicte fraternitatis: Et debeant extrahi noui rectores in preſentia rectorum tunc temporis exiſtentium per quindecim dies ante finem talium rectorũ: Et quod ordinatum & factum fuerit per priorem & rectores ꝑ tempor̃ exiſteñ. valeat & teneat, ac ſi factum eſſet per conſilium oportunũ dicte ciuit. Et quod omnes alienationes & uẽdictiones & deſtributiones que fieret debeant ordinari per priorem dicte fraternitatis & ſaltim tres ex dictis rectoribus & eorum deliberatione & conſenſu debeant fieri, & ſic facte valeant & aliter non. ¶ Item quod Dñs Prior ſiue diſtributor non poſſit expendere de bonis dicte fraternitatis ultra quantitatem. xx. ſol. ſine uoluntate rectoꝝ. Et quod dictus prior in principio ſui offitij teneatur & debeat facere inuentarium de omnibus & ſingulis bonis, & rebus mobilibus & ĩmobilibus iuribus & actionibus & nominibus debitoꝝ dicte fraternitatis & ſcribi ꝑ Not. dicte fraternitatis: Et quod dictus Notarius teneatur ſcribere omnes & ſingulos introitus & exitus dicte fraternitatis in quodã libro publico & aliter recipi non poſſint: Et dictum libꝝ debeat dimittere, & relaxare in dicta fraternitate: Et poſſit & debeat ſcribere in dicto libro effectũ oĩum & ſingulaꝝ uenditionũ alienationũ, et deſtributionũ que fierent per priores, rectores dicte fraternitatis ponendo rem alienatam pretium & nomina emptorum & uenditoꝝ & poſſint, dicti prior, & rectores cõducer̃ ꝓcuratorẽ & aduocatũ ꝑ cauſis fraternitatis ĩ agẽdo uel defendendo cum ſalario & mercede competenti: & omnia facere que erũt utilia & neceſſaria pro dicta fraternitate, & quolibet anno dicti priores teneantur & debeant reddere rationem ſue adminiſtrationis illis perſonis que deputabuntur aduidendum eius rationem per priores pro tempore exiſteñ. in fine cuiuslibet anni & qđ rectores ſeu priores hoſpitalium cõmunis teneantur & debeant moxquã fuerint creati antequam incipiant miniſtrare facer̃ inuentarium omnium & ſingulaꝝ rerum & bonoꝝ mobilium & ſe mouentiũ, & etiam rerum ĩmobilium, & quolibet anno teneatur redder̃ rationẽ ſue adminiſtratiõis illis perſonis que deputabuntur per dictos Dominos Priores aduidendum dictam rationem: Et quod Domini Priores qui pro tꝑe erunt una cum conſilio. xv. quolibet anno debeant eliger̃ ordiñ. noĩare, & deputare duos bonos uiros qui debeant uidere, & calculare rationem adminiſtrationis priorum & rectorum fraternitatis, & hoſpitalium predictorum: Et ſi inuenerint predictos Priores aut

aliquem eorum commixiſſe aliquem dolum uel fraudem quod tunc talis rector ſeu prior debeat a tali officio remoueri per dictos dños priores pro tempore exiſteñ. & talis cõmictens ꝑpetuo ſit infamis & nõ poſſit ꝑpetuo aliquod offitium uel beneficium dicti cõmunis habere uel exercere. Et ſemper inuentariũ debeant exibere ſdictis ratiocinatoribus peñ. & bãno. L. lib. deñ. cuilibet contrafacienti: Teneant etiã & debeant prefati rectores ſeu priores fraternitatis, & aliorum hoſpitalium dicti cõmunis in fine temporis eorum electionis ſucceſſori ſuo aſſignare inuentariũ quod fecit de bonis & rebus fraternitatis ſeu hoſpitalis cuius rector, & prior extiterit. Statuentes inſuper quod dñi priores qui pro tempore erunt teneantur, & debeant uinculo iuramti reinueniř iura q̃ habet cõmune in hoſpitali ualdonice, & curare quod fructus ipſius hoſpitalis conuertant in vtilitatem leproſorũ ibidem cõmorantium: Et quod dicti priores & ceteri offitiales dicti cõmunis teneantur defendere & manutenere domum ſeu hoſpitale paupeꝝ olim conſtructum per ingolum deparadiſo, & domum pauperum ſancte Marie de la ſtrada olim conſtructam per Ranerium tantarum olim oblatũ dicto comuni, & domum ſeu hoſpitale ſctẽ Marie de la miſericordia ſitum prope portã ſancti Egidij ab omni ꝑſona collegio & uniuerſitate eccleſiaſtico uel ſeculari quod uel que moleſtaret dicta hoſpitalia uel aliquod ipſoꝝ: Et idem dicimus de omnibus, & ſingulis hoſpitalibus que recomendata ſunt, et in futurum recomendabuntur ſub protectione dicti comunis. Item quod rectores dicte fraternitatis ꝑ tp̃e exiſteñ. poſſint uiſitare hoſpitalia cõmunis, et hoſpitalarij teneantur eis hobedire & recipere infirmos, & in neceſſitate poſitos habita conſideratione poſſibilitatis cuiuſcunque hoſpitalis. Et ſi dicti hoſpitalari eſſent negligentes in predictis quod predicti rectores poſſint eos diſcrete corigere. Et etiam poſſint ordinem eis dare qualiter pauperibus ſeruiatur.

QVOD NVLLVS OFFENDAT PRIORES, ET QVAliter poſſit ꝓcedi cõtra priores delinquẽtes, et qualiter prior accuſatus poſſit ſe excuſař. Cap. xlvij.

Item ſtat. & ord. quod poteſtas & alij officiales dicte Ciuit. nec aliquis alius cuiuſcunq; condictionis preheminentie aut dignitatis exiſtat audeat uel preſumat a penſate doloſe aut culpabiliter offẽdere uel offendi facere aliquem ex prioribus durante eorum officio & ſiquis contrafecerit ꝑcutiendo cum armis, et cum ſanguine capite puniatur: Et ſi ſine armis cum ſanguine puniat peñ. mille lib. deñ. quam penam ſi non ſoluerit infra. xv. dies adie condẽnationis cõputandos amputet ſibi manus dextera. Et ſi ꝑcuſſerit cum armis ſine ſanguine puniat in quingentis lib. Et ſi ſine armis, & ſine ſanguine intrecentis lib. den. puniat. Et ſi dictas penas non ſoluerit infra menſem adie condemnationis de eo fiende amputet ſibi manus, ſi uero aliquis iniuriã dictis prioribus uel alicui ipſoꝝ dixerit fecerit uel blaſfemauerit uel uitupiũ dixerit in ꝑſentia ipſoꝝ uel alicuius ipſoꝝ puniat ĩ ducentis lib. deñ. ꝑ qualibet uice: Si uero in abſentia puniat in. C. ſol. pro qualibet uice. Si uero aliquis percuſſerit fratrem uel filium alicuius priorum durante off. prioratus occaſione off. prioratus puniat in duplum eius quo puniri deberet ex forma alicuius ſtat. si alium offendiſſet. Si uero aliquis ex prioribus alium priorẽ offendiderit cũ amis uel ſine uel aliquã aliã ꝑſonã durante off. prioratus puniat in duplo eius ĩ quo condẽnaret q̃libet alia ꝑſona que aliũ offendiderit ſecundũ formã ſtat. loquentis de tali offenſa uel delicto: Si uero aliquis ꝑcuſſerit aliquẽ q̃ fuerit de prioribus infra annum adie finis off. prioratus computandũ occaſione off. prioratus puniatur in dupo eius quo puniri deberet per formã ſtat. de tali offenſa uel delicto loquentis: Et de omnibus ſupradictis, & quolibet p̃dictoꝝ q̃ cõmiſſa eſſent in ꝑſõa dominoꝝ prioꝝ aut eoꝝ cõſanguineos ſupradictos: Poteſtas teneat & debeat inquirere & procedere & condẽnare, & condẽnationem facere de predictis infra menſem adie cõmiſſi malleficij uel delicti pena mille lib. in quibus ꝑ dominũ ſindicũ dicti cõmunis expreſſius cõdẽnet. Statuentes in ſuꝑ & ordinantes quod poteſtas aut aliquis alius off. dicti cõmunis non poſſit procedere ꝑ inquiſitionẽ aut denumptiationem contra aliquem qui fuerit de prioribus durante tempore ſui offitij & depoſito eius officio infra sex menſes computandos adie depoſiti officij prioratus niſi per accuſationem factam ꝑ offenſum aut eius coniunctam perſonam infra tertium gradum ſecundum ius canonicũ. Saluo quod ſi aliquis ex prioribus durante officio prioratus uel poſtea infra ſex menſes a die depoſiti offitij prioratus commiſſerit aliquod malleficium propter quod deberet capitaliter puniri depoſito off. prioratus, & nõ ante poſſit poteſtas procedere contra talem priorem per inquiſitionem, & denũptiationem & quocun que alio modo ſibi uidebitur & placebit. Et ſi ꝓcederet in aliquo caſ

ſu probibito predictorum proceſſus nec ualeat nec teneat, & talis procedens pena quingentarum lib. deñ. per ſindicum expreſſius puniatur.

QVOD NVLLVS PRIOR VEL EORVM FILII VEL fratres poſſint eligi in aliquo officio. Cap. XLVIII.

Item ſtat. & ord. eſt quod ſi prioribus populi cõmiſſe fuerint modo aliquo alique electiones aliquoꝝ officialium ipsi Priores non poſſint eligeř eorum patres filios fratres uel nepotes nec ecõuerſo: Nec etiã vnus prior alium: Et ſi contradictam formam aliqua electio facta fuerit uel facta reperiretur impoſterum contra modum predictum talis electio sic facta non ualeat nec teneat, & pro non facta modo aliquo habeatur. Item q̃d ipsi priores non poſſint cõmicteř alicui ipsas electiões quo minus forma electionis in dicto ordinamẽto apoſita ſeruet, & nullus Prior ſi ſolus haberet elligere poſſit tales ꝑſonas probibitas in dicto ordinamento eligere nec vocař poſt quã coniuncte eſſent in dictis gradibus alicui alterius prioꝝ qui eodẽ tp̃e eſſent in off. prioratus, & si cõtrafecerint puniãt in. x. lib. deñ. ꝑ quolibet, & qualibet uice: Et ꝑ ſindicum maiorem pro tempore exiſtentẽ hec omnia curentur, & inquirantur: Et contrafacientes condẽnentur, & cuilibet ſit licitum accuſare & denũptiare, & habeat medietatem banni, & nomen eius ſit in ſecreto.

DE ELECTIONE MVNDATORIS SEV SPAZZATORIS Platee communis. Cap. XLVIIII.

Item ſtat. & ordin. quod domini priores populi qui pro tempore fuerint teneantur, & debeant eligere quolibet anno vnum hominem qui teneatur, & debeat quolibet die ſabbati ſpazare tergere, & mundař plateam cõmunis turpitudine & lapidibus, & imunditiam, & lapides extra plateam exportare: & ſi contrafecerit puniatur in. x. ſol. pro qualibet uice. Et habeat & habere debeat pro eius ſalario. x x. ſol. deñ. pro quolibet menſe.

DE CREDENTIIS Tenendis per Priores inter ſe, & per eos impoſitis obſeruandis. Cap. L.

Item prouiſum, & ord. eſt quod priores populi pro tempore exiſtent. uinculo iuramenti teneãtur & debeant tenere omnes credentias quas inter se impoſuerint ad penam. xxv. lib. deñ. pro quolibet eoꝝ qui contrafecerit in quibus debeat per ſindicum cõmunis eoꝝ ſindicat. tempore condemnari: Et teneatur ſindicus ſupradictus contra eos de predictis inquirere ad petitionem cuilibet ipſoꝝ prioꝝ: Statuentes etiam & ordinantes quod omnia, & ſingula que iniuncta, & precepta fuerint ꝑ ipſos priores uel alterũ eoꝝ qui nunc ſunt uel pro tempoř erunt eſſe in ſecreto tenenda, & non pandenda quod ipsi priores, & omnes & ſinguli conſiliarij ſupradictoꝝ cõſilioꝝ, & quilibet alius iuramento teneantur, & debeant in ſecreto tenere, & non pandet uel manifeſtare ſine expreſſa licentiam ipſoꝝ dominoꝝ prioꝝ uel adminus triũ partium: Et ſiquis contrafecerit ꝑ dominum poteſtatem qui pro tempore fuerit in penis & bannis impoſitis ſiue imponendis per ipſos Dominos priores, & prout eis placuerit pro qualibet uice condemnetur que cõmuni predicto applicentur: Et quod contrafaciens a conſilio de quo fuerit remoueatur, & excludatur, teneat quoq; poteſtas qui pro tempore fuerit per se uel eius off. de predictis inquirere & ueritatẽ inuenire & punire & condemnare contrafacientes ut dictum eſt ſemper quandocunque eis uel alteri eoꝝ denumptiatum fuerit per dictos priores populi uel alterum eorum.

QVOD NVLLA IVRA CONVENTRICVLA VEL conſpiratio fiat in ciuitate uel comitatu Caſtelli. Cap. LI.

Iem ſtat. & ord. ꝑ bono pacifico & populari ſtatu ciuit. predicte, & comit. eius manutenendo & cõſeruando quod nulla iura conſpiratio conuenticula, congregatio compagnia ſeu ſotietas ſeu quocunque nomine cenſeantur in Ciuitate Caſtelli uel eius comitatu nec alibi fiat aut fieri debeat per aliquem uel aliquos de Ciuitate Caſtelli uel eius comitatus uel aliunde contra commune uel aliam ſingularem perſonam Ciuitatis Caſtelli uel eius comitatu: Et ſi quis contrafecerit puniatur, & condemnetur,

uidelicet ille qui talem iuram uel aliam congregationem ſolecitauerit ad inuenerit fecerit aut inceperit in
quingentis lib. den. Ille uero qui ad predicta iurauerit intrauerit aut ſecutus fuerit in ducentis lib. den.
Quicunque uero dederit conſilium adiutorium uel fauorem ut predicta fiant puniatur in. C. lib. den.
uocatus autem uel alia quecunque ꝑſona qui ſeu que ſcripſerit aliquid circa ꝑdictam iuram ſotietatē
ſeu congregationem uetitam ut ſupradictum puniatur in ammiſione manus que ei abſcidatur. ❡ Item
qđ nulla perſona debeat aliquo modo neque audeat de aliqua parte uel ſecta contendere peñ. xxv. lib.
den. ❡ Item quod ſi aliquis procuraret reducere dictam Ciuit. in aliquam partem uel ſeptam propter
quam reductionem popularis bonus: & pacificus ſtatus dicte ciuitatis turbaretur ultimo ſuplicio puniatur
& in confiſcatione ſuorum bonorum: Statuentes & ordinantes quod nullus ciuis comitatinus aut diſtric/
tualis ciuit. Caſtelli uel habitans in dicta ciuitate comit. uel diſtrictu audeat uel preſumat directe uel per
obliquum palam uel occulte adunationem gentis armigere facere uel congregare ſeu aliquem conducere
uel deſtinare in iniuriā uel offenſam ſeruitium uel deſeruitium alicuius ciuit. caſtri vniuerſitatis uel lo/
ci dñi uel alterius alicuius hominis uel perſone ſine expreſſa licentia dominorum priorum populi & cō/
ſilij ſedecim dicte ciuit. qui pro tempore fuerint ſub peñ. quingentaꝝ lib. den. cuicunque adunanti aut
conducenti uel deſtinanti abſque licentia ſupra dicta quā penā ſi non ſoluerit infra menſē a die qua uene/
rit in fortiam cōmunis amputet̃ ei pes ita quod a corpore penitus ſeparetur: Et quod nullus ciuis comita/
tinus uel diſtrictualis uel habitans in dicta ciuit. comit. uel diſtictu audiant uel preſumant cum ſtipendio
uel ſine ire maneř aut eſſe in modum armigerum inſeruitium uel de ſeruitium alicuius Ciuit. caſtri uni/
uerſitatis uel loci domini uel alterius ſingularis ꝑſone ſine expreſſa licentia ſupradicta: Et qui contra/
fecerit condemnetur in. CC. lib. den. quam penam si non ſoluerit infra vnū menſem a diem qua uene/
rit in fortiam cōmunis amputetur ei pes ita quod acorpore ſeparetur. Et predicta non uendicent ſibi lo/
cum in euntibus uel conducentibus ad aliquod off. uel in illis qui fuerint conducti a quinque infra id ſti/
pendium lige in eundo longe ad aliquem locum diſtantem a dicta Ciuit. ꝑ XL. miliaria: & ꝑdicta uen/
dicent ſibi locum ad futura tantum ad preterita uerō poſſit, & debeat ꝓcedi & condemnari ad arbitri/
um dñi poteſtatis uſque in quantitate in. C. lib. ꝑ quolibet & qualibet uice: & ſi poteſtas negligens fue/
rit in huiuſmodi executionem perdat de ſuo ſalario mille lib. deñ.

QVALITER, ET PER QVOS ORDINAMENTA Populi que eſſent obſcura declarentur. Cap. LII.

❡ Item ſtatutum eſt & prouiſum quod omnia & ſingula ſtatuta prouiſiones & ordinamenta populi ſu/
praſcripta, & infraſcripta, & quodlibet eoꝝ intelligantur & intelligi debeant ad bonum purum, & ſa/
num intellectum ſine aliqua obſcuritate: & ſi dubium eſſet in aliquo eorum uel in dubium aut obſcurita/
tem uerteretur propter quod uel que uitiari poſſit uel tolli ſemper remaneat & ſit in prouſione & deli/
berationem priornm populi pro tempore exiſtentiū & ſtatutariorum: & quicquid corectum emendatū
diminutum & augmētatum & poſitum fuerit ꝑ ꝑdictos priores & ſtatutarios ſemper habeat: & habere
debeat roboris firmitatem non obſtāte ſtatuto uel reformatione aliqua facta uel facienda ꝑ quam tolli poſ/
ſint uel infring' ſtatuta: & ordinamenta predicta uel aliquod eoꝝ: ſed habeant ipſi ſtat. & ordinamen/
ta, & quodlibet eorum uim legum & ſtatutorum: & pro legibus ſtatutis, & ordinaments preciſis, &
truncis obſeruentur in totum ſine aliqua diminutione.

DE SIGILLO Dominorum priorum habendo, & modo ſigillandi. Cap. LIII.

❡ Item prouiſum eſt quod domini Priores populi predicti habeant, & habere debeant unum ſigillum
paruum ſcultum ad in maginem beati: & glorioſi Floridi circum datum his litteris ſigillum priorum po
puli Ciuit. Caſtelli: Quod ſigillum eſſe debeat penes prepoſitum ſiue ſupra priorem ipſorum priorū.
❡ Item aliud ſigillū magnū in quo ſculta ſit Ciuitas, & ab uno latere imago btī Floridi & ab alio imago
beati Amantij habens in circulo has litteras croce ſigillum cōmunis ciuit. Caſtelli: Cum quibus littere
cōmunis & populi ſigillentur dūmodo non apponatur ſigillum magum in aliqua littera niſi fuerit ſigillo
paruo ſignata ꝑ ſupra priorem cum quo ſigillentur littere que micetuntur pro parte dominoꝝ priorum

Et tertium

& tertium ſigillum mediocre cum quo ſigillentur littere que mictuntur ſub poſitis dicte Ciuitatis com/
muni, & apodixe ſolutionum fiendarum per cōmune que ſigilla ſtent, & ſtart debeant in capſa clauſa cū
quattuor clauibus, quarum clauium priores cuiuslibet porte debeant habere unam que capſa ſemper &
continue ſtet in audientia palatij dominoꝝ Priorum: Et ſi ſex ex dictis dominis prioribus fuerint con/
cordes de ſigillando aliquā litteram ſeu apodiſſam quod ceteri priores debeāt conſentire, & dictam lit/
teram ſeu apodiſſam ſigillare pena contrafacienti quinquaginta librarum denariorum.

❡ DE Rebus que uenduntur pro cōmuni non emendis per officiales cōmunis. Cap. liiij.

❡ Item ſtat. & ord. eſt quod nullus prior populi qui pro tēpore fuerit nec eius filius uel frater uel alia
perſona pro eis nec aliquis offitialis forenſis dicti cōmunis uel eoꝝ familiares uel alia perſona pro eis nec
Camerarius cōmunis uel eius Notarius nec frater uel filius alicuius eoꝝ nec aliqua perſona pro eis du/
rante eorum offitio poſſint uel debeant emere uel emi facere aliquos equos cōmunis uel bladū uel aliquod
aliud quod pro communi uenderetur ad peñ. xxv. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente & qualibet uice.
Et nullus qui haberet dictas res uendere uel concedere pro communi debeat talibus perſonis probibitis uē/
dere uel concedere ſub dicta pena. Et poteſtas & ſindicus maior pro tempore exiſteñ. curam de ꝑdictis
& ſolicitudinem habeant, & ſic inquirere, & contrafacientes condēnare teneantur.

❡ Quod iuriſdictio quam Ciuitas habet in caſtris non poſſit alienari. Cap. LV.

❡ Item ſtat. & ordiñ. eſt quod nulla iuriſdictio nec aliquod ius iuriſdictionis Ciuitatis caſtelli, quod ci
uitas in aliquo caſtro uel loco haberet in comitatu dicte Ciuitatis uel extra poſſit finiri quietari remicti
nec modo aliquo alienari niſi expreſſe & nominatim illud proponeretur, & reformaretur ad fabas ni/
gras, & albas per tres partes conſiliarioꝝ prefatoꝝ trium conſiliorum dicte Ciuitatis pro tꝑe exiſteñ.
In quo debeant eſſe ad minus due partes dictorū conſiliarioꝝ dictorum trium conſiliorum: Et aliter ſin/
dicus fieri, & creari non poſſit, & ſi fieret uel creatus & factus eſſet non ualeat, & ſcribens aliter con/
demnetur communi in quingentis lib. deñ.

❡ QVOD Non poſſit apellari aproceſſibus factis auctoritate dictoꝝ ordinamētoꝝ. Cap. lvi.

❡ Item prouiderunt, & ordiñ. quod aproceſſibus inquiſitionibus preceptis bannis condemnationibus
exactionibus, & grauaminibus qui & que fierent ex uigore & auctoritate omnium & ſingulorum ordi/
namentorum & prouiſionum in preſenti uolumine ſtatutoꝝ contentoꝝ non poſſit ab aliquo appellari:
nec de nullitate dici: Et ſi apellaretur aut opponeretur ullo modo non audiat apellans uel opponens ſiue
de nullitate dicens.

❡ QVOD Nulla porta ciuitatis poſſit de nocte aperiri. Cap. lvij.

❡ Item ordinatum & prouiſum eſt quod nulla porta ciuitatis predicte poſſit de nocte poſtquam firma/
ta fuerit uſque ad diem clarum aperiri ſine uoluntate quattuor priorum populi adminus: & clauarij por
tarum non poſſint aperire alio modo ad penam centum lib. den. pro quolibet & qualibet uice.

❡ Quod nullus officialis cōmunis poſſit tenere aliquē equm ad ſtipendium cōmunis. Cap. lviij.

❡ Item prouiſum, & ordinatum eſt quod ſi aliquo tempore reciꝑetur milites ſtipendiarii pro communi
ad ſtipendiū dicti cōmunis quod poteſtas et ſindicus nec aliquis alius officialis cōmunis: nec aliquis ex eoꝝ
famulis poſſint uel debeant per ſe uel alium ad ipſum ſtipendium mitteř uel conſignare aliquos equos nec
retinere aliquos ſtipendiarios uel eorum equos in palatio dicti cōmunis uel in aliquo alio hoſpitio nec ali/
quē ex predictis ad ſuum uictum retinere: Et nullus ſtipēdiarius debeat morari cum eis nec in aliquo de
predictis locis, & ſi contrafecerint perdant de eorum ſalario. C. lib. deñ. Et ſtipendiarii perdant equos
& arma & ſtipendia non ſoluantur eiſdem: Et nullus off. dicte ciuitatis qui ad ſtipendiarios recipiendos
fuerit deputatus poſſit tales ꝓhibitos recipere ad ſtipendium dicti cōmunis ad peñ. centnm. lib. deñ.

❡ QVOD Omnes ſtipendiarii tam equites quam pedites communis teneantur iu/ rare ſequimētū priorum populi. Cap. lviiii.

❡ Item ord. eſt & prouiſum quod omnes, & ſinguli ſtipendiarii ſiue ſoldati dicti commnnis equites, et

uidelicet ille qui talem iuram uel aliam congregationem ſolecitauerit ad inuenerit fecerit aut inceperit in
quingentis lib. den. Ille uero qui ad predicta iurauerit intrauerit aut ſecutus fuerit in ducentis lib. den.
Quicunque uero dederit conſilium adiutorium uel fauorem ut predicta fiant puniatur in. C. lib. den.
vocatus autem uel alia quecunque ꝑſona qui ſeu que ſcripſerit aliquid circa ꝑdictam iuram ſotietatẽ
ſeu congregationem uetitam ut ſupradictum puniatur in ammiſione manus que ei abſcidatur. ¶ Item
qđ nulla perſona debeat aliquo modo neque audeat de aliqua parte uel ſecta contendere peñ. xxv. lib.
den. ¶ Item quod ſi aliquis procuraret reducere dictam Ciuit. in aliquam partem uel ſeptam propter
quam reductionem popularis bonus: & pacificus ſtatus dicte ciuitatis turbaretur ultimo ſuplicio puniatur
& in confiſcatione ſuorum bonorum: Statuentes & ordinantes quod nullus ciuis comitatinus aut diſtric-
tualis ciuit. Caſtelli uel habitans in dicta ciuitate comit. uel diſtrictu audeat uel preſumat directe uel per
obliquum palam uel occulte adunationem gentis armigere facere uel congregare ſeu aliquem conducere
uel deſtinare in iniuriã uel offenſam ſeruitium uel deſeruitium alicuius ciuit. caſtri vniuerſitatis uel lo/
ci dñi uel alterius alicuius hominis uel perſone ſine expreſſa licentia dominorum priorum populi & cõ-
ſilij ſedecim dicte ciuit. qui pro tempore fuerint ſub peñ. quingentaꝝ lib. den. cuicunque adunanti aut
conducenti uel deſtinanti abſque licentia ſupra dicta quã penã ſi non ſoluerit infra menſẽ a die qua uene
rit in fortiam cõmunis amputet' ei pes ita quod a corpore penitus ſeparetur: Et quod nullus ciuis comita/
tinus uel diſtrictualis uel habitans in dicta ciuit. comit. uel diſtictu audiant uel preſumant cum ſtipendio
uel ſine ire maner aut eſſe in modum armigerum in ſeruitium uel de ſeruitium alicuius Ciuit. caſtri uni-
uerſitatis uel loci domini uel alterius ſingularis ꝑſone ſine expreſſa licentia ſupradicta: Et qui contra-
fecerit condemnetur in. CC. lib. den. quam penam ſi non ſoluerit infra vnũ menſem a diem qua uene/
rit in fortiam cõmunis amputetur ei pes ita quod a corpore ſeparetur. Et predicta non uendicent ſibi lo/
cum in euntibus uel conducentibus ad aliquod off. uel in illis qui fuerint conducti a quinque infra id ſti/
pendium lige in eundo longe ad aliquem locum diſtantem a dicta Ciuit. ꝑ XL. miliaria: & ꝑdicta uen/
dicent ſibi locum ad futura tantum ad preterita uerò poſſit', & debeat ꝓcedi & condemnari ad arbitri-
um dñi poteſtatis uſque in quantitate in. C. lib. ꝑ quolibet & qualibet uice: & ſi poteſtas negligens fue/
rit in huiuſmodi executionem perdat de ſuo ſalario mille lib. deñ.

QVALITER, ET PER QVOS ORDINAMENTA Populi que eſſent obſcura declarentur. Cap. LII.

¶ Item ſtatutum eſt & prouiſum quod omnia & ſingula ſtatuta prouiſiones & ordinamenta populi ſu/
praſcripta, & infraſcripta, & quodlibet eoꝝ intelligantur & intelligi debeant ad bonum purum, & ſa/
num intellectum ſine aliqua obſcuritate: & ſi dubium eſſet in aliquo eorum uel in dubium aut obſcurita/
tem uerteretur propter quod uel que uitiari poſſit uel tolli ſemper remaneat & ſit in prouſione & deli-
berationem priorum populi pro tempore exiſtentiũ & ſtatutariorum: & quicquid corectum emendatũ
diminutum & augmẽtatum & poſitum fuerit ꝑ ꝑdictos priores & ſtatutarios ſemper habeat: & habere
debeat roboris firmitatem non obſtãte ſtatuto uel reformatione aliqua facta uel facienda ꝑ quam tolli poſ-
ſint uel infring' ſtatuta: & ordinamenta predicta uel aliquod eoꝝ: ſed habeant ipſi ſtat. & ordinamen-
ta, & quodlibet eorum uim legum & ſtatutorum: & pro legibus ſtatutis, & ordinaments preciſis, &
truncis obſeruentur in totum ſine aliqua diminutione.

DE SIGILLO Dominorum priorum habendo, & modo ſigillandi. Cap. LIII.

¶ Item prouiſum eſt quod domini Priores populi predicti habeant, & habere debeant unum ſigillum
paruum ſcultum ad in maginem beati: & glorioſi Floridi circum datum his litteris ſigillum priorum po
puli Ciuit. Caſtelli: Quod ſigillum eſſe debeat penes prepoſitum ſiue ſupra priorem ipſorum priorũ.
¶ Item aliud ſigillũ magnũ in quo ſculta ſit Ciuitas, & ab uno latere imago btí Floridi & ab alio imago
beati Amantij habens in circulo has litteras croce ſigillum cõmunis ciuit. Caſtelli: Cum quibus littere
cõmunis & populi ſigillentur dũmodo non apponatur ſigillum magum in aliqua littera niſi fuerit ſigillo
paruo ſignata ꝑ ſupra priorem cum quo ſigillentur littere que mictuntur pro parte dominoꝝ priorum

Et tertium

& tertium ſigillum mediocre cum quo ſigillentur littere que mictuntur ſub poſitis dicte Ciuitatis com/
muni, & apodixe ſolutionum fiendarum per cõmune que ſigilla ſtent, & ſtart debeant in capſa clauſa cũ
quattuor clauibus, quarum clauium priores cuiuslibet porte debeant habere unam que capſa ſemper &
continue ſtet in audientia palatij dominoꝝ Priorum: Et ſi ſex ex dictis dominis prioribus fuerint con-
cordes de ſigillando aliquã litteram ſeu apodiſſam quod ceteri priores debeãt conſentire, & dictam lit/
teram ſeu apodiſſam ſigillare pena contrafacienti quinquaginta librarum denariorum.

¶ DE Rebus que uenduntur pro cõmuni non emendis per officiales cõmunis. Cap. liiij.

¶ Item ſtat. & ord. eſt quod nullus prior populi qui pro tẽpore fuerit nec eius filius uel frater uel alia
perſona pro eis nec aliquis offitialis forenſis dicti cõmunis uel eoꝝ familiares uel alia perſona pro eis nec
Camerarius cõmunis uel eius Notarius nec frater uel filius alicuius eoꝝ nec aliqua perſona pro eis du/
rante eorum offitio poſſint uel debeant emere uel emi facere aliquos equos cõmunis uel bladũ uel aliquod
aliud quod pro communi uenderetur ad peñ. xxv. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente & qualibet uice.
Et nullus qui haberet dictas res uendere uel concedere pro communi debeat talibus perſonis prohibitis uẽ
dere uel concedere ſub dicta pena. Et poteſtas & ſindicus maior pro tempore exiſteñ. curam de ꝑdictis
& ſolicitudinem habeant, & ſic inquirere, & contrafacientes condẽnare teneantur.

¶ Quod iuriſdictio quam Ciuitas habet in caſtris non poſſit alienari. Cap. LV.

¶ Item ſtat. & ordiñ. eſt quod nulla iuriſdictio nec aliquod ius iuriſdictionis Ciuitatis caſtelli, quod ci
uitas in aliquo caſtro uel loco haberet in comitatu dicte Ciuitatis uel extra poſſit finiri quietari remicti
nec modo aliquo alienari niſi expreſſe & nominatim illud proponeretur, & reformaretur ad fabas ni/
gras, & albas per tres partes conſiliarioꝝ prefatoꝝ trium conſiliorum dicte Ciuitatis pro tꝑe exiſteñ.
In quo debeant eſſe ad minus due partes dictorũ conſiliarioꝝ dictorum trium conſiliorum: Et aliter ſin-
dicus fieri, & creari non poſſit, & ſi fieret uel creatus & factus eſſet non ualeat, & ſcribens aliter con/
demnetur communi in quingentis lib. deñ.

¶ QVOD Non poſſit apellari aproceſſibus factis auctoritate dictoꝝ ordinamẽtoꝝ. Cap. lvi.

¶ Item prouiderunt, & ordiñ. quod aproceſſibus inquiſitionibus preceptis bannis condemnationibus
exactionibus, & grauaminibus qui & que fierent ex uigore & auctoritate omnium & ſingulorum ordi-
namentorum & prouiſionum in preſenti uolumine ſtatutoꝝ contentoꝝ non poſſit ab aliquo appellari:
nec de nullitate dici: Et ſi apellaretur aut opponeretur ullo modo non audiat apellans uel opponens ſiue
de nullitate dicens.

¶ QVOD Nulla porta ciuitatis poſſit de nocte aperiri. Cap. lvij.

¶ Item, ordinatum & prouiſum eſt quod nulla porta ciuitatis predicte poſſit de nocte poſtquam firma/
ta fuerit uſque ad diem clarum aperiri ſine uoluntate quattuor priorum populi adminus: & clauarij por
tarum non poſſint aperire alio modo ad penam centum lib. den. pro quolibet & qualibet uice.

¶ Quod nullus officialis cõmunis poſſit tenere aliquẽ equm ad ſtipendium cõmunis. Cap. lviij.

¶ Item prouiſum, & ordinatum eſt quod ſi aliquo tempore recipetur milites ſtipendiarii pro communi
ad ſtipendiũ dicti cõmunis quod poteſtas et ſindicus nec aliquis alius officialis cõmunis: nec aliquis ex eoꝝ
famulis poſſint uel debeant per ſe uel alium ad ipſum ſtipendium mitter uel conſignare aliquos equos nec
retinere aliquos ſtipendiarios uel eorum equos in palatio dicti cõmunis uel in aliquo alio hoſpitio nec ali-
quẽ ex predictis ad ſuum uictum retinere: Et nullus ſtipẽdiarius debeat morari cum eis nec in aliquo de
predictis locis, & ſi contrafecerint perdant de eorum ſalario. C. lib. deñ. Et ſtipendiarii perdant equos
& arma & ſtipendia non ſoluantur eiſdem: Et nullus off. dicte ciuitatis qui ad ſtipendiarios recipiendos
fuerit deputatus poſſit tales ꝓhibitos recipere ad ſtipendium dicti cõmunis ad peñ. centnm. lib. deñ.

¶ QVOD Omnes ſtipendiarii tam equites quam pedites communis teneantur iu- rare ſequimẽtũ priorum populi. Cap. lviiii.

¶ Item ord. eſt & prouiſum quod omnes, & ſinguli ſtipendiarii ſiue ſoldati dicti commnnis equites, et

C

pedites qui pro tempore fuerint teneantur et debeant iurare, & promittere dominis prioribus qui pro tēpore fuerint ſequimētū ipsoꝝ dominorum priorum, & ipsis hobedire in omnibus eoꝝ mādatis.

℄ Quod poteſtas et alii offitiales dicti communis teneantur iurare ſeruare ſtatuta populi, et qđ dicta ſtatuta preualeant aliis omnibus ſtatutis. Cap. LX.

℄ Item ſtat. et ordiñ. quod dominus poteſtas ſindicus maior, et celeri officiales dictij communis, et populi qui pro tpe fuerint: teneantur, et debeant tempoř ipsoꝝ aduentus, & quo eorum iurabunt offitium iurare & promitteř obſeruare omnia ſtatuta & ordinamenta, et decreta populi ſupradicti facta et in poſterum fienda, et totis uiribus eorum in fauorem dictorum communis, et populi prebere totum ſuum poſſe auxilium conſilium, & fauorem ad augmentum ſtatus pacifici popularis, & tranquilli cōmunis & populi prelibati, & offitij dominorum priorum populi antedicti: Que ſtatuta ordinamenta & decreta populi preualeant alijs ſtatutis, & ordinamentis dicti cōmunis factis, & in poſterum fiendis ſub peñ. xxv. lib. deñ. pro quolibet capitulo non ſeruato.

℄ Qualiter condemnationes debeant ſolui. CAP. LXI.

℄ Item ſtat. & ordiñ. ad hoc vt condemnationes fiende in futurum, & iam facte communi predicto citius perſoluantur, quod quilibet condemnationes in futurum fiendas teneatur & debeat ſoluere camerario dicti cōmunis pro cōmuni recipienti infra quindecim dies computandos adie facte condemnationis, ſi a tali condēnatione ſiue condemnationis ſententia non fuerit apellatum: Si uero ab ea fuerit appellatum infra decem dies adie late ſententie ſuper apellationis cauſa computandos ad peñ. quarti pluris, Et cum dicto quarto pluri dicte condemnationes poſt dictorum terminorum lapsum exigantur, & exigi poſſint, & debeant per rectores & officiales dicti cōmunis pro cōmuni predicto a condemnatis, & fideiuſſionibus eorum, & ſi haberi non poterint ab aprobatore qui talē fideiuſſorē aprobauit: Aliter dicte cōdēnationes uel aliqua ipsarum cancellari non poſſint deactis, & libris dicti cōmunis niſi eis cum dicto quarto pluri cōmuni predicto integraliter perſolutis: Et ſimili modo, & forma quilibet teneatur & debeat ſoluere condemnationes recoltatas iam factas infra quindecim dies cōputandos adie qua pſēs prouiſio bannita fuerit cum tubis per ciuitatem predictam ad dictam penam quarti pluris: Et predicta banniātur per Ciuitatem predictam ut eorum notitia habeatur: Et predicta pena quarti pluris non habeat locum in contumacibus nec indetentis in carceribus cōmunis: Et iſtud ad pterita preſentia, & futura ſe extendat.

℄ Quod nullum opus cōmunis detur ad faciendum niſi ad incantum. Cap. lxij.

ITEM Quod domini priores populi preſentes uel qui pro tempore fuerint non poſſint uel debeant dare uel concedere uel locare ad faciendum fieri opus ſeu laborerium aliquod pro cōmuni predicto niſi ſolum adincantum fiendum in conſilio generali in preſentia domini maioris ſindici pro tempore exiſtentis & ſexaginta bominum ad minus Ciuium dicte ciuitatis, Et tunc illi perſone que pro minori pretio tale laboreriū ſiue opus cōmunis ſe faceř pmiſerit cōcedāt ad peñ. L. lib. deñ. p quolibet eoꝝ & ɋlibet uice.

℄ Quod priores neq; Cam̃. cōmunis poſſit dař alicui off. cartam cerā nec pēnas. Cap. lxiij.

℄ Item prouiſum eſt quod dñi priores populi Camerarius cōmunis Caſtelli uel aliquis alius offitialis uel maſarius cōmunis predicti pro tempore exiſtentes uel aliquis ipsorum non poſſint uel debeant dare uel ri facere aut mandare quod dentur pro dicto cōmuni ſeu ipsius cōmunis expenſis aliquos libros cartas ceram atramentum uernicem uel pennas alicui ſeu aliquibus rectoribus uel officialibus cōmunis uel populi dicte Ciuitatis ciuibus uel forenſibus preſentibus uel futuris uel alicui ipsorum ſub peñ. centum lib. deñ. cuilibet contrafacienti ſeu contra predictam formam danti dari facienti ſeu mandanti dari in quibus quilibet contrafaciens pro uice qualibet cōmuni predicto per dominum maiorem ſindicum dicti communis expreſſius condemnentur: Et ſi camerarius contrafaciens inuentus fuerit ab offitio cameriatus ſit priuatus ipso iure: Et in perpetuum in camerarium cōmunis predicti uel in eius officialem eſſe ſeu elligi non poſit quoquo modo: Prouiſo tamen, & facto quod camerarij camere dicti cōmunis dare poſſint,

& debeant cuilibet priorum Notario pro tempore exiſteñ. & Notario reformationum seu cancellario dicti cōmunis libros cartas pennas atramentum ipsis uel eorum alteri oportuna, & neceſſaria dicti cōmunis expenſis pro eorum offitio exercendo, & ceram pro ſigillādo litteras p parte dictorum dominoꝝ priorum, & cōmunis prefati deſtinandas.

℄ DE ELECTIONE Officialium ciuium, & eorum deueto. Cap. lxiiij.

℄ Item ſtatuerunt, & ordiñ. quod domini priores populi pro tēpore exiſteñ. una cum conſilio de quo diſponitur in ſtatutis, & non aliter uel alio modo teneantur, & debeant facere electiones quorumcunq; offitialiū ciuium dicte Ciuit. ſecundū formam ſtatutoꝝ & ordiñ. dicti populi & cōmunis & tēpora ſalaria offitialibus electis non determinata, & taſſata ab ipsis ſtatutis ſtatueř determinare & decernere ſecūdum quod eis videbitur conuenire. Et quod quicunque fuerit perdictos dominos priores, & conſiliū electus ad aliquod offitium non poſſit per ſe uel alium uel pro alio in eodem offitio elligi uel etiā refirmari inde ad unum annum proxime ſecutuꝝ, & qui contrafecerit puniatur tam elligens quam acceptans in decē lib. deñ & electio ipso iure non ualeat: Saluo quod cancellarius, & Not. reformationū poſſit in eodem offitio refirmari: Et teneatur, & debeat quilibet electus ad aliquod offitium dicte Ciuitatis per ſe ipsū dictum offitium perſonaliter operari nec ualeat alicui dictum offitium comictere, & ſi fieret cōmiſſio nō ualeat ipso iure & cōmictens ab offitio ſit priuatus: Et nihilominus tam commictens quā recipiens in lib. xxv. deñ. pro quolibet per maiorem ſindicū condēnetur, Et non poſſint dicti priores uel conſiliarij aliquem elligere ad aliquod offitium uel beneſitium ciuit. cum ſalario qui haberet aliud offitium uel beneſitium a dicto communi uel qui eſſet de numero dictorum dominoꝝ priorum uel conſiliariorum elligentium peñ. tam elligenti quam acceptanti quinquaginta lib. deñ. pro quolibet ab eis per maiorem ſindicum exigenda, & nihilominus electio talis ipso iure non teneat. Saluo quod non uendicent ſibi locum predicta ſi quis extraheretur ad offitium prioratus uel eoꝝ Not. uel eſſet electus ad aliquam ambaſciatam faciendam quod tunc dictum offitium prioratus, & notariatus, & ambaxiata poſſint libere acceptare non obſtāte quod aliud offitium habuerit cum ſalario: Et predicta uel aliquod predictoꝝ non vendicent ſibi locū in caſibus ciuilibus per ſtatuta populi uel cōmunis specialiter aliter eſſet prouiſum hoc addito, & declarato quod nullus ciuis ad aliquod offitium uel beneſitium dicte ciuitatis comitatus uel diſtrictus cum ſalario uel ſine elligatur uel poſſit elligi niſi tantum uno menſe ante quam incipiat tale offitiū: Et ſi aliter fieret non ualeat ipso iure: Et elligentes contra formam predictam ante tēpus predictum puniātur p dictū maiorem ſindicum in decem lib. deñ. pro quolibet elligente: Et qđ in predictis & quolibet predictoꝝ caſuum dominus maior ſindicus dicte Ciuit. poſſit teneatur & debeat inquirere & procedere ſumarie, & ſine ſtrepitu & figura iudicij, & repertos culpabiles punire in dictis penis ſtatutis ordinamentis uel reformationibus in contrariū loquentibus non obſtantibus: Firmantes etiā quod alij offitiales dicti communis ſine ſalario de quibus per formam ſtat. non eſſet prouiſum poſint elligi p dominos priores p tēpore exiſteñ.

℄ DE DEVETO OFFICIALIVM Forenſium. Cap. lxv.

℄ Item ſtatuerunt prouiderunt, & ordinauerunt quod nullus qui fuerit poteſtas ſindicus maior offitialis maior gabellarum offitialis maior plani ſeu dānorum datorum uel in aliquo alio offitio particulari in dicta ciuit. Caſtelli poſſit elligi uel ad ſumni ad aliquod offitium in dicta Ciuit. Caſtelli uel eius comitatus uel diſtrictu inde ad. v. ānos proxime veñt. ſi uero fuerit aſeſſor iudex ſeu miles in dicta ciuitate cum aliquo offitiali non poſſit eſſe in dicta Ciuitate per ſe uel cum alio inde ad tres ānos tunc proxime veñt. Si uero fuerit Not. uel cum aliquo dictoꝝ offitialium uel alioꝝ in dicta ciuit. Caſtelli non poſſit ſimiliter eſſe ad aliquod officium in dicta Ciuitate comitatu uel diſtrictu inde ad duos annos proxime ſubſe

quentes. Si uero fuerit domicellus uel famulus dictoꝝ off. in dicta Ciuit. non poſſit eſſe in ſimili offitio uel aliquo alio dicte Ciuitatis inde ad unum annum proxime uenturꝝ: Et ſi aliquis contra predictam formam electus uel aſumptus fuerit ipſius electio uel adſumptio non ualeat ipſo iure: Et ex ea talis electio uel ad adſumptio ius aliquod non queratur: Et quod nullus contra dictam formam audeat uel preſumat in dictam ciuitatem uenire in aliquo offitio uel aliquod offitium acceptare uel exercere in dicta Ciuitate uel eius comitatu: Et ſi contrafecerit & fuerit officialis particularis inquingentis lib. deñ. puniatur, ſi uero aſeſſor iudex uel miles in ducentis lib. deñ. Si uero fuerit Not. in centum lib. deñ. Si uero domicellus uel famulus in uigintiquinque lib. deñ. pro quolibet, & qualibet uice condemnentur: Et nihilominus quod fecerint non ualeat ipſo iure: Et quod nullus poteſtas maior ſindicus maior offitialis plani ſiue damnorum datorum, & maior Officialis gabelle nec aliquis alius offitialis forenſis electus ad aliquod offitium particulare in dicta ciuit. caſtelli poſſint nec debeant pro aliquo eorum offitio exercendo in dicta Ciuitate uel eius comitatu tenere uel habere aliquem officialẽ qui ſit de dicta ciuitate Caſtelli uel eius comit. & diſtrictu nec de aliqua terra confinanti cum comit. dicte Ciuit. Saluo quam de Ciuit. Aretij de qua ducere poſſint, nec aliquem fam̃. qui ſit de dicta Ciuitate Caſtelli uel eius comitatu uel diſtrictu ſub dictis penis, peñ. ſingula ſingulis referendo: Et predicta non uendicent ſibi locum in offitialibus ciuibus ciuitatis Caſtelli nec in cancellario nec in capitaneo, et fam̃. dominoꝝ priorũ in quibus ſeruetur id quod eſt a ſtat. dicte ciuitatis diſpoſitum uel in poſterum diſponetur.

DE MODO CONCEDENDI Repreſaleas, & eis utendis. Cap. lxvi.

Item ſtatuerunt, & ordiñ. quod quicunqꝫ uoluerit ſibi concedi repreſaleas contra aliquam ciuitatem terram caſtrum uel locũ, et homines predictorum locorum occaſione alicuius iniuſtitie ſibi facte uel iuſtitie denegate debeat coram dominis prioribus populi dicte Ciuit. pro tempore exiſtentibus & corã dño poteſtate qui pro tempore erit porigere petitionem ſuam continentem cauſam quare petit repreſaleas, et quantitatẽ pecuniarũ, & reꝝ quas dixerit ſibi eſſe debitas & nomina debitorum clare & diſtincte in forma: Qui domini priores, & poteſtas recepta dicta petitione per litteras eoꝝ debeant requirere uniuerſitates dictorum locoꝝ contra quas repreſalee peterentur ſeu rectorẽ ipſaꝝ uniuerſitatum ſaltim bis expenſis talis petentis repreſaleas ſibi concedi quod debeant facere ſatisfieri dicto noſtro ciui de eo quod peteret ſibi concedi repreſaleas uel debeant aſſignare legiptimam cauſã quar̃ dicto noſtro ciui ſatisfieri non debeat de qua legiptima cauſa aſſignata utrum fuerit legiptima uel non cognoſcat Dñs poteſtas Ciuitatis Caſtelli: Et ſi nõ fuerit tali ciui ſatisfactum aut non fuerit legiptima cauſa aſſignata alegata quar̃ non debeat ſaltim ſatisfieri tunc ad petionem dicti noſtri ciuis poteſtas debeat ꝓcedere contra debitorem talis noſtri ciuis ſiue fuerit debitor uniuerſitas ſiue perſona alia ſingularis ſuꝑ dicta petitione porecta: Et facta legiptima ꝓbatione, & liquidatione debiti in dicta petitione cõtenti, poteſtas debeat pronũptiare in ſorte, & expenſis cõtra talẽ debitorem noſtri ciuis, non obſtante abſentia talis debitoris dũmodo citetur in proceſſu, & pronũptiatione ad petronẽ in platea dicte ciuitatis: Et habita pronũptiatione ſuꝑ ſorte, & expenſis ſi nõ fuerit ſatisfactũ dicto noſtro ciui: Tunc domini priores populi teneantur ad petitionẽ talis noſtri ciuis petentis repreſaleas ſibi concedi proponere in conſilijs opportunis dicte Ciuit. ſi placet conſilijs quod repreſalee concedant̃: & ſi fuerit obtentum ſecundũ formam ſtat. tunc p̃dicti dñi priores & poteſtas. Iterato teneant̃ requirere tales uniuerſitates qđ debeant ſatiſfacere dicto noſtro ciui, & notificare proceſſum p̃dictum factum eſſe, & eſſe obtentum in conſilijs opportunis repreſaleas eſſe concedendas tali noſtro ciui contra uniuerſitates prædictas quod ſi non fuerit ſatisfactum infra terminum decem dierũ adie notificationis facte quod ex tunc dicto termino elapſo per poteſtatem dicto noſtro ciui repreſalee effectualiter concedantur: Et aliter repreſalee nullatenus concedantur & conceſſe non ualeant: Et facta huiuſmodi conceſſione repreſaliaꝝ dominus poteſtas tam concedẽs quam qui pro tꝑe fuerit ſub peñ. ducentarum lib. ad omnẽ requiſitionẽ dicti noſtri ciuis cui eſſent rep̃ſalee p̃dicto modo cõceſſe teneat̃, & debeat facer̃ executionẽ ſortis et expeñ. cõtra hoĩes talis uniuerſitatis, et res, et bona i ꝑoꝝ uſq; adintegrã

ſatisfactionem ipſarum: Saluo quod talis habens licentiam reprehendendi non poſſit eis uti contra noſtros ciues habitantes in loco contra quem repreſalie erunt conceſſe uel cõtra hoĩes illius loci habitantes in nr̃a ciuit. uel comit. Et qđ ille cui fuerint conceſſe rep̃ſalee teneat̃ facer̃ ſcribi ea die uel ſequẽti ꝑ not. reformationũ uel Not. dominoũ priorum totum id quod habuerit ſeu receperit occaſione repreſaliarum ſibi conceſſarum ad hoc ut ſciatur quando ſatisfactio fuerit cõpleta: & que contrafecerit condemnetur ꝑ dominum poteſtatem in uigintiquinque lib. den. Et ius reprehendendi amictat: Et predicta omnia & ſingula loquentia in ciue habeãt, & uendicent ſibi locum in comitatino dicte noſtre ciuitatis.

QVOD Confines comitatus reuideantur. Cap. LXVII.

Statuimus, & ordinamus quod cum multũ de comit. per uicinãtias noſtras ſit occupatum, quod confines noſtri comit. reuideantur: Et ad predicta facienda domini priores pro tempore exiſteñ. ſaltim ſemel in anno debeant deputare duos bonos & prudentes uiros qui diligenter teneantur, & debeant dictos confines reuidere, & referre dominis prioribus pro tempore exiſtentibus ſi uiderint aliquid de noſtro comitatu eſſe ocupatum per aliquas noſtras uicinãtias: Et quod dicti domini priores quibus fuerit relatum qđ aliquid de dicto comitatu eſſet occupatum teneãtur & debeant in conſilijs oportunis dicte Ciuit. proponere quid in predictis eſſet faciendum, & illud quod fuerit obtentum in dictis conſilijs debeant effectualiter executioni mandari.

QVOD Habentes iura communis relaxare debeant. Cap. LXVIII.

Sat. & ordiñ. quod quicunq; habet ſeu in futurum habebit de bonis mobilibus ſeu in mobilibus dicti communis Caſtelli uel pontis montis caſtelli uel alioꝝ pontium uel ad dictum commune uel pontes modo aliquo pertinentibus infra menſes computandos a die quo ꝑ priores populi qui pro tẽpore fuerint miſſũ fuerit bannimentum teneat̃ & debeat ipſa bona relaxare dicto communi, & ipſa tradere, & aſſignar̃ camerario dicti communis libera: & expedita ad peñ. C. lib. deñ. de quibus tantũ dominus poteſtas quam maior ſindicus teneantur & debeant inquirere ex eorum offitio: & ad petitionem cuiuſcunque accuſanti; uel denumptiantis ſecrete uel palam & repertos culpabiles de facto condẽnare & punire in dicta pena & relaxatione bonorum, Et de omni eo quod effectualiter deuenire fecerit in cõmuni habeat duos ſolidos pro qualibet libra pene ualoris rerum quas p̃dictoꝝ occaſione fecerit effectualiter deuenire in cõmuni.

Item quod dicti Dñi priores teneantur, & debeãt facere fieri unum librum cartarum pecudinarũ in quo ſcribant̃ ꝑ Not. appaſatus omnes poſeſſiones cõmunis & pontiũ ubicunque ſint ſiue in ciuitate ſiue in comitatu. Qui notarij teneantur, & debeant ſcribere poſeſſiones p̃dictas & numerum tabularũ, & confines nouos & ueteres: Et ſi contingeret quod bona alicuius uenirent confiſcanda uel alio modo acquirerent̃ cõmuni Notarij camere qui pro tempore erunt teneant̃ & debeant ponere, & deſcribere in dicto libro ꝑ confines, & latera pena cuilibet contrafacienti. C. ſol. deñ. Qui liber debeat ſtare in domo dominoꝝ prioꝝ.

De inſtrumentis cõmunis ponendis in regiſtro cõmunis. Cap. lxviij.

Item ſtat. & ordiñ. quod quicunque Not. fecerit aliquod inſtrumentum cõmunis teneatur, & debeat illud ponere, & ſcribere in pub. formã in regiſtro cõmunis ſeu cartelario in quo ſunt ſubſcripta alia inſtrumenta & priuilegia cõmunis infra unum menſem adie celebrati contractus ad peñ. xxv. lib. dñ. cuilibet Not. contrafacienti, & qualibet uice: Et tale regiſtrum debeat eſſe in domo dominoꝝ prioꝝ in cartis pecudinis copertum cum palectis: Et quod nullum inſtrumentũ cõmunis laudoꝝ pacis concordie ſeu tregue uenditionis tranſactionis poſſit fieri ꝑ not. forenſem: ſed tantũ per Not. Ciuitatis: Et poteſtas qui pro tempore fuerit teneatur & debeat cogere Notarios ad obſeruationem predictorum.

DE Balneo de fontecchio. Cap. LXX.

Statuimus, & ordinamus qđ dñi Priores populi pro tꝑe exiſteñ. teneantur, & debeant peñ. xxv. lib. deñ. proponere in conſilio ſexaginta quod placeat dicto conſilio ꝓuider̃ ordinare & reformar̃ ſuꝑ balneo defontecchio cum dicat̃ ipſũ balneum fore utile ꝑ cõmuni & pluribus uirtutibus abundare, & qđ fuerit in dicto conſilio ordinatum facere debeant executioni mandare ad dictam penam.

QVOD Nullus ſine licentia Dominoꝝ Priorũ poſſit imponere uel exigere aliquod datiũ muctã uel collectã uel aliquã factionẽ realẽ uel ꝑſonalẽ ĩ cõit. Caſtelli. Ca. lxxi.

Item ſtat. & ordiñ. quod nulla perſona audeat uel preſumat in cõit. territorio uel diſtrictu Ciuit.

predicte alicui ꝑſoe collegio uille caſtro uel uniuerſitati imponer̄ exigere uel colligere recipere uel percipere aliquod datum mulctam collectam uel preſtantiam nec eos cogere uel grauare ad aliquam cuſtodiā diurnam uel nocturnam facien ā in aliquo caſtro turri uel fortilitio dicti comitatus territorij uel diſtrictus nec ad faciendum uel ſubeundum aliquam factionem realem uel ꝑſonalem in aliquo caſtro uel fortilitia in dicto comitatu teritorio uel diſtrictu ſine licentia, & uoluntate dominorum prioꝝ populi, & duaꝝ partiū conſilij.lxiiij.populi dicte ciuit. in ſufficienti numero congregati de qua licentia aparere debeat pub. inſtrumentū ſcriptum manu cancellarij dicti cōmunis: Et qui contrafecerit in predictis uel aliquo ꝑdictorum condemnetur per dominum poteſtatem in quingentis lib. den. pro quolibet & qualibet uice: Et dominus poteſtas de predictis poſſit inquirere & inueſtigare procedere & ſententiare tam ex ſuo officio quam etiam ad denumptiationē, & accuſationē cuiuslibet & poſſit quilibet accuſare & denūptiare & habeat quartam partem pene: Et ſindici caſtroꝝ, & uillarum dicti comitatus, & diſtrictus teneant denūptiare, et referre cōtrafacienti dn̄o poteſtati ſicut tenent̄ ex forma ſtat. cōtra alios malleſitia cōmittentes: Et predicta locum non habeant in capitaneis, & ſuperſtitibus caſtrorum dicti comitatus, & diſtrictus qui mictuntur, & elliguntur pro dicto cōmuni ad cuſtodiam dictorum caſtrorum & fortilitiarū, & etiam in datijs collectis et factiōibus que permictunt̄ ex forma ſtatutorum, & ordin̄. dicte Ciuitatis quibus liceat eoꝝ offitiū exercere ſecundum formam dictorum ſtatutorum.

Quod dn̄i Priores poſſint, et debeant uēder̄ gabellas, & alios ꝓuētus cōis adincāt. Cap. lxxij.

Itē ſtat. & ordin̄. quod domini priores populi poſſint teneantur & debeant uendere concedere, & alienare adincātū in palatio eoꝝ habitatiōis & non alibi in conſilio gn̄rali in quo interſint adminus ſexaginta homines ciues dicte ciuit. & ad incantum ponere omnes, & ſingulas gabellas & prouentus dicti cōmunis qui & que uendi, & alienari adincantū conſueuere, dū tamē dicti priores ꝑ tempore exiſtentes debeant ſubaſtare & adincantū ponere dictas gabellas, & prouentus tantum per duos menſes ante finitum tempus precedentis emptionis talis gabel. uel prouentus que uenderetur uel poneret̄ adincantū, dum tamē concedi uendi uel alienari non poſſint niſi fuerint ſubaſtate per ſpatiū unius menſis adminus & quattuor uicibus: videlicet qualibet edomeda ſemel: Et qđ tūc poſſint conceder̄ pro incātu uſq; ad quantitatē.x.ſol. ꝑuo quolibet libra ſecundū qđ eis pro utilitate dicti cōmunis uidebitur expedire & nō ultra & factis dictis ſubaſtationibus, & incantis plus offerenti concedere uendere & alienar̄ ſecundū formam: & tenorē capi uloꝝ de tali gab. loquentiū in uolumine ſtatutoꝝ gabelle poſitorum: Et teneantur & debeant recipere a dictis emptoribus tꝑe emptionis dictaꝝ gabellaꝝ ſeu quando fieret inſtrumentū talis emptionis accipere a dictis emptoribus duos bonos & idoneos fideiuſſores aprobatos per aprobatorem dicti communis de obſeruando & adimplendo oīa in inſtrumento contenta. Et ſi contra predictam formam uendiderint cōceſſerint uel alienauerint ſeu uēdi cōcedi uel alienari fecerint non ualeat id qđ fecerint ipſo iur̄: Et nihilominus quilibet ex prioribus, & Not. qui dicta inſtrumenta confecerit in.xxv.lib. den. pro quolibet puniatur tempore ſindicatus. Et teneatur & debeat dictus not. dominorꝝ priorum inſtrumenta uendictiōis gabellaꝝ, & prouentuum cōmunis infra quattuor dies adie celebrati contractus manu propria ſub dicta pena ſcribere, & publicare in pub. formam. Et eodem modo quo uendi debent gabelle, & alij prouētus dicti cōmunis uēdi debeant paſſus tiberis, uidelicet paſſus pōtis de nouole: & pōtis mōtis Caſtelli, et alibi ubi eis uidebitur neceſſarium, & utile pro cōmuni: Et in dicto conſilio generali in quo interſint adminus.lx.homines ut dictum eſt poſſint domini priores facere conſtituere & ordinare ſindicos generales ꝑ dicto cōmuni ad vendendum & locandū gabellas: & prouentus dicti cōmunis cū oībus, & ſingulis pactis modis condictionibus: & clauſulis in dictis inſtrumentis neceſſarijs uel oportunis.

DE inmunitate forenſium. Cap. lxxiij.

Item ſtat. & ord. quod omnes & ſinguli foren̄. laborantes laboratores terraꝝ uel artifices qui uenerint ad habitan̄. familiariter in ciuit. uel cōit. caſtelli & eoꝝ artes artificia laboratores laboreria tꝑibus tamē congruis & cōdecentibus exercuerint, & ſe ſcribi fecerint per not. dn̄orū prioꝝ pro tꝑe in offitio exiſten̄. ſint & eſſe intelligant̄ ex nunc immunes liberi, & exenti ab oībus & ſingulis oneribus, et factionibus ꝑſonalibus imponēdis ꝑ dictū cōmune ꝑ quinque ānnos initiandos ea die qua in dictā Ciuit. uel comitatū familiariter uenerint, & habitauerint & ſe ſcribi fecerint per dictum Not. infra quod tempus nullus dictoꝝ artificū uel laboratorum elligi poſſit uel debeat quo quo modo in ſindicū gualdarium

uel cuſtodem cellatum uel ſtantialem uel capitan̄. capitantie uel balitorem dicti cōmunis quoquo queſito colore per directum uel per obliquum nec pro dictis factionibus ꝑſōalibus cogi moleſtari uel inquietari per aliquem officialem dicti cōmunis preſentē uel futurum ciuem uel forenſem uel aliquam aliam ſingularem perſonam pena.xxv.lib. den̄. cuilibet contrafacienti in quibus per dominum maiorem ſindicum dicti cōmunis poſſint, & debeant expreſſius comdemnari, & quod nullus offi. dicti communis uel alia quecunque perſona poſſit audeat uel preſumat dictos forenſes qui uenerint ad habitandū in dictam ciuitatem uel comit. ut ſupra grauare moleſtare uel inquietare ad ſolutionem alicuius gab. bucarum ſed a dicta gabella, & eius ſolutione penitus ſint exempti ad penam predictam cuilibet contrafacienti. Qui notarius dominorum priorum ſub pena predicta non poſſit uel debeat pro ſcriptura alicuius predictorum accipere uel habere ultra duos ſol.den.pro rogitu, & pro publicatione octo ſol.den.prouidētes & ſtantiantes quod domini priores populi ꝑ̄ſentes & qui pro tempore fuerint ſub pen̄.xxv.lib.den. pro quolibet contrafaciente in quibus per dictum ſindicum expreſſius condemnētur teneantur & debeāt ꝑ̄dicta cū tubis et naccaris ꝑ ciuit. Caſtelli adminus ſemel tēpore eoꝝ offitij facere publice bāniri ad hoc ut predicta omnibus innoteſcant in predictis uel aliquo predictorum aliquo non obſtante.

DE Electionibus officialium, & ſtipendiarioꝝ nō portādis ꝑ alios quā ꝑ ciues. Cap. lxxiiij.

Item ſtat. & ordin̄. quod domini priores qui ꝑ tꝑe erunt teneantur, & debeant facere pn̄tare electiones offitialiū forenſium, & ſtipendiarioꝝ illis ꝑſonis que pro tempore elligentur ad aliquod offitiū in dicta Ciuit. uel comitatu uel ad ſtipendium dicti cōmunis ꝑ ciues originarios dicte ciuit. & non ꝑ aliquē forensē, & qui non ſit oriundus de dicta Ciuit. nec per aliquē familiarē alicuius ꝑſone nec ꝑ aliquē qui haberet ſalarium a dicto cōmuni pen̄.C.lib.den̄. Dn̄is Prioribus qui contrafecerint & pen̄.x.lib. illi qui portauerit aliquā electionē contra dictā formā: Et nihilominus qđ fecerit nō ualeat nec teneat ipſo iur̄.

DE Honorādis feſtiuitatibus Beatoꝝ FLORIDI, Et AMANTII. Cap. lxxv.

Item ſtat. & ord. ad honorem oīpotentes Dei, & beatoꝝ Floridi, & Amantij ꝓtectoꝝ dicte Ciuit. qđ ꝑ cōmune, & omnes hoīes dicte Ciuitatis fiant, & celebrētur due feſtiuitates ꝑ quolibet anno una uidelicet de menſe Auguſti die.xxij. ipſius menſis, & alia de menſe Nouemb̄. die tertiadecima dicti menſis in qua quidē feſtiuitate de menſe Auguſti fiant, & elligantur ꝑ dominos priores populi & conſilium.lxiiij. ꝑ tꝑe exiſten̄. duo ciues de duabus portis qui ſint ſuperſtites ad ꝓuiden̄. ſuꝑ expen̄. & honore fiēdo, & ꝑ dictum conſiliū deliberet̄, & reformetur quid & quanta quantitas debeat expen̄. ꝑ honorando feſtiuitatē per dictam: Et quicquid ꝑ dictos dn̄os Priores, & conſiliū ꝑ̄dictū deliberatum fuerit Cam̄. dicti cōmunis debeat ſoluer̄ cum effectu ſecundū diſpoſitionē dictoꝝ ſuꝑſtitū, de qua qdē quantitate ematur, & fiat unum blauium.x.brachioꝝ de ſcarlacto cum banda ſupra ſecundum conſuedinem ualoris adminus.xxx.floren̄.auri ad qđ curri debeat in dicto feſto ꝑ equos curſores aponte ſobarie uſque ad palatiū dominoꝝ prioꝝ recto tramite ut cōſuetū eſt cum ragazinis ſupra. Qui equi, & ragazini primo ꝑ Not. dn̄oꝝ Prioꝝ debeant ſcribi & qui nō eſſet ſcriptus nō poſſit blauiū hr̄e. Et debeat dicti equi & ragazini ad dictū pōtē ſobarie ire, & ibi ꝑ Not. Dn̄oꝝ prioꝝ & off. dn̄i Poteſtatis hr̄e moſſam & ordinē currendi: Et qcunq; equus cum ragazino primo uenerit ad brauium qđ ſtare debeat iuxta palatium dn̄oꝝ Prioꝝ in platea ille habeat blauium ſi obſeruauerit ordinē moſſe date ꝑ dictos off. Et qđ nullus in itiner̄ ſeu curſu debeat dare uel ꝑ̄ſtare dictis equis ſine ragazinis aliquod impedimentū ad pen̄.C.lib. Alij uero honores & ioca fiant ſecundū diſpoſitionē dictoꝝ duorum officialium. Et ſimili modo in alia feſtiuitate de menſe Nouemb̄. ꝑ dictos dn̄os Priores & conſilium.lxiiij. fiant & elligant̄ duo ciues de alijs duabus portis ſuꝑſtites ad honoran̄. dictam feſtiuitatē, & ꝑ dictos dn̄os priores, et cōſilium.lxiiij. ꝓuideat̄, & reformetur de quantitate pecunie dicti cōmunis q̄ ſpendi debeat ꝑ honorando dictā feſtiuitatē: & qcquid ꝑ eos deliberatum fuerit Cam̄. debeat ſoluere ſecundū diſpoſitionē dictoꝝ duorum ſuꝑſtitū & ut dicti ſuꝑſtites ordinauerint. In q̄ qdē feſtiuitate fiāt ad honorē dictoꝝ ſanctoꝝ.xij. duplerij adminus in aſtis ponderis.v.lib.pro quolibet: Et Dn̄i priores, & eoꝝ Not. poteſtas, & ceteri officiales foren̄. dicti cōmunis unū torticium pro quolibet ſecundū diſpoſitionē dictoꝝ duoꝝ ſuperſtitum. Qui duplerij, torticij offerri, & dari debeant in Eccleſia ſācti Floridi ad Altar̄ maius cōfeſſionis dicte Eccleſie ꝑ celebratione diuini offitij totius anni: Et uadant cum dictis torticijs & duplerijs acenſis a palatio

dominoꝝ Priorum uſq; ad dictum altare: Ceteri autem honores, et ioca fiant ſecundum diſpoſitionem, & ordinatione dictorum duorum ſuperſtitum.

Item ſtat. & ord. quod ad honorē, et reuērtiā oīpotentis dei, et glorioſe uirginis Marie matris eius et beatoꝝ confeſſoꝝ Floridi, et Amantij patronoꝝ, et defenſoꝝ Ciuitatis, et comitatus Caſtelli, et totius curie celeſtis qđ in die feſtiuitatis dictoꝝ ſanctoꝝ Floridi, et Amantij de menſe Nouembris quod omnes et ſinguli conſules artiū dicte ciuitatis. Et hoīes ipſaꝝ artiū debeant ſe congregari dicto die oēs, et ſinguli ſimul eodem tpe in Eccleſia ſancti dominici uno āno, & alio anno ſequēti in eccleſia ſancti Frācıſci dicte Ciuit. & ſic cōtinue ſucceſſiue debeat obſeruari: Et quod dicte artes ſimul, & eodē tpe debeant ire proceſſionaliter cum torchijs, & fachulis ſeu candelis more ſolito cum eo numero hoīum eoꝝ artis quo uoluerint ad dictam eccleſiam beatoꝝ Floridi, & Amātij uſq; ad altare magnū cōfeſſionis dicte eccleſie. Et debeant offerre ad dictum Altare ſaltem unum torchium ſeu duplerium pro qualibet arte: Et ad hoc ut omnis tollat' contemptionis materia qđ dicte artes debeant hoc modo, & ordine procedere, uidelicet in anno ꝓximo uenturo uadant, & primi ſint iudices: & Notarij collegij dicte ciuitatis: In ſecūdo uero anno proximo ſequenti uadant, & primi ſint in ꝓceſione ꝑdicta mercatores, & cāpſores guataioli, & aurifices dicte Ciuit. Et ſic poſtmodū ſingulis annis ſucceſſiue quelibet dictaꝝ artium ſuo anno ſit prima & altra ſecunda in proceſſione predicta.

Poſt uero dictas duas artes procedant alie artes ſucceſſiue una poſt aliā pro ut inferius ſubſcripte ſūt.

Lanaioli, Medici, & ſpeciarij, Bambacarij, Calzolarij, Beccarij, Fabri, Magiſtri lapidū, & Legnaminum, Farſetarij, Cultrarij, & Rigaterij, Sartores, Cimatores, & Peliparij, Tabernarij, et Hoſpitatores, Bruſcolaioli, & Camangiaioli, Ciabaterij, Barbitonſores, Fornaciarij, Fornarij, Vaſarij, & Molendinarij.

Et quod nullus audeat uel preſumat dicta ordinamenta in totum uel in partem infringere aut auſu temerario contra ire peñ. C. ſol. deñ. pro quolibet, & qualibet uice. Statuentes inſuper quod nullus minor. xiiij. annoꝝ nec aliquis alius qui non ſit de arte debeat ad dictā proceſſionē accedere, nec cum hoībus dicte artis proceſſionaliter ire pena eunti et ducenti contra dictam formā. xx. ſol. den. Et poteſtas ꝑdicta, et quodlibet ꝑdictoꝝ obſeruari facere teneat'. Et a contrafacientibus in aliquo predictoꝝ dictas penas de facto auferre.

DE Honorando feſtiuitatem beate Lucie Virginis. Cap. lxxvi.

Item ſtat. & ordiñ. quod Dñi priores populi, & eoꝝ conſiliū. xvi. qui pro tempoꝛ erunt teneātur, & debeant quolibet anno de menſe Decembris prouidere, & ordinare de honore fiendo in feſtiuitate beate Lucie virginis: & martiris ad cōmemorationem recuperationis libertatis noſtre Ciuitatis tali die recuperate per captionem caſſaroꝝ, & expulſationē gentis uel tramontanoꝝ in eis exiſtentium.

DE Elimoſinis, & oblationibus fiendis. Cap. lxxvij.

Item ſtatuerūt: & ordiñ. quod domini priores populi pro tēpore exiſteñ. poſſint teneant': & eis liceat dare, & ſoluere infraſcriptis locis religioſis fratrū, & monialium infraſcriptas elimoſinas denarioꝝ, et cere pro quolibet āno, uidelicet cōuentui fratrum ſeruoꝝ ſancte Marie de menſe Martij in feſto anumptiationis glorioſe virginis Marie unum duplerium ualoris. v. lib. deñ. in feſto Aſumptionis beate Marie de menſe Auguſti unum duplerium ualoris quinq; lib. den. In feſto Natiuitatis glorioſe uirginis Marie de menſe Septēbris unum duplerıū ualoris. v. lib. den. Item conuentui fratrū minoꝝ ſancti Frācıſci tria dupleria ualoris quinque lib. pro quolibet unū uidelicet de menſe Auguſti: in feſto ſancti Lodouici aliud in feſto ſancti franciſci de menſe Octobris: & aliud in octaua Paſcatis reſurrectiōis in feſto ſancti Iacobi. Item conuentui fratrū predicatoꝝ ſancti Dominici tria dupleria ualoris. v. lib. den. pro quolibet unū de menſe Martij in feſto ſancti Thome de Aquino, aliud de menſe Aprilis in feſto ſancti Petri Martiris, & aliud in feſto ſancti Dominici de menſe Auguſti. Item conuentui fratrum heremitarum ſancti Auguſtini tria dupleria ualoris quinque lib. den. pro quolibet unū uidelicet in feſto ſancti Antonij de menſe Ianuarij aliud in feſto ſancti Auguſtini de menſe Auguſti: & aliud in feſto Sancte Caterine de menſe Nuemb. Item ſtat. & ordinauerunt quod ſupraſcripti conuentus fratrum videlicet ſeruorum ſancte Marie, ſancti Franciſci, ſancti Dominici, et ſcti Auguſtini pro elimoſina ipſoꝝ fratrū habeant, & habere debeant de pecunia dicti cōmunis quolibet āno de menſe Iulij incipiendo annū a kalē. Ianuarij. C. lib. den. pro quolibet ipſoꝝ conuentuum: Et quodlibet moneſterium dicte Ciuit. & iuxta dictam Ciuitatem uidelicet Monaſt. ſancte Marie de vltra Tiberim: ſancti Baſilij, ſancti Sperandei farialis Monaſteriū ſancte Marie de la fonte: Monaſt. ſancte Agnetis, Monaſteriū de Pupula, Monaſterium ſancti Spiritus de Giulianella, Monaſt. ſancte Marie Madalene: Monaſterium del Sacco, & Monaſterium ſancte Margarite habeant, & habere debeant pro elimoſina de pecunia dicti cōmunis quolibet anno de menſe Iulij incipiendo annum ut ſupra. x. lib. deñ. pro quolibet dictorum Monaſteriorum. Quas quantitates Camerarius poſſit teneatur, & debeat dictis Conuentibus, & Monaſterijs dare & ſoluere temporibus ſupradictis habita apodiſſa Dominorum priorum. Item quod dicti domini Priores pro tempore exiſteñ. poſſint teneantur, & debeant quolibet anno in feſto beati Antonij de menſe Iañ. dari facere per Cam̃. cōmunis fratribus ſancti Antonij de Vienna centum lib. deñ. pro remuneratione, & recompenſatione porcoꝝ quos retinere ſolebant in dicta Ciuit. Et quos modo retinere non poſſūt in dicta Ciuit. vetante forma ſtatuti.

QVOD AD OFFITIVM MAIORIS SINDICI SPECTET cognitio, & executio omniū ſtatutoꝝ in preſenti uolumine contentorum. Cap. lxxviij.

Item pro obſeruatione, & obſeruantia omnium preſentiū ſtat. in hoc uolumine contentorum ſtatuerunt, & ordinauerunt quod cognitio, & executio omnium predictorum pertineat, & expectet pleno iure ad dominum Maiorem ſindicum dicte Ciuitatis qui de predictis omnibus, & quolibet predictorum contra predictos Rectores, & offitiales dños Priores Not. & cōſiliarios Capitaneū, et famulos et quoſcunque alios in dictis ſtatutis contentos & nominatos, & quēlibet ipſorum poſſit teneatur, & debeat ex debito ſui offitij & uinculo iuramenti & ſub peñ. C. lib. den. quā ipſo facto incurrat ꝓcedere inquirere, & cognoſcere tam ex ſuo proprio officio quā etiā ad inſtantia & petionē cuiuslibet, accuſantis uel denūptiantis palam uel ſecrete: Et culpabiles in aliquo caſuum contentorum in dictis ſtatutis uel aliquo ꝑdictorum punire, & condemnare in penis ſuperius declaratis: Et ſi predictus ſindicus maior predicta uel aliquod predictorum faceꝛ obmiſerit, & ſpecialiter contra dños Priores populi ipſorūq; Notarios & Conſiliarios Capitaneos caſtroꝝ Camerarios & eius Notarios ꝑ ſindicum ſeu ſindicos qui eum de ſuo ſindicabunt officio in lib. C. deñ. pro quolibet predictoꝝ, & qualibet uice quam de ꝑdictis condēnare obmiſerit cōmuni predicto ſimiliter condemnet': Salua tamen, & reſeruata cognitione, & iuriſdictione que ꝑ aliqua ſtatuta eſſet cōceſſa uel atributa alicui alij officiali in ꝑdictis uel aliquo ꝑdictoꝝ.

REFORMATIO DE OFFICIO OFFICIALIVM, ET Eorum executionibus ex libro Reformationum cōmunis ſignato. P. Littera manu Domini Lilij Archilibellis Cancellarij.

Magnifici Dñi Priores populi Ciuitatis Caſtelli vna cum prudentibus viris tregintaduobus Conſiliarijs, Arbitrij dicte Ciuitatis in audientia eorum conſueta in numero ſufficienti congregati de licentia conſenſu, & uoluntate noſtri domini Locumtenentis, ad tollendam confuſionem noſtroꝝ officialium, Inmittentium falcem in meſſem alienam et ad refrenādū illicitas exactiones & extorſiones eorundem: Et ad ſuccurrendum iuſtis precibus noſtrorum ſubditorum prouiderunt ordinauerunt ac ſanxerūt Quod Dominus poteſtas eius Iudices, & Officiales habeant cognitionem, & exequtionem ſolum, & dum taxat in ciuilibus in criminalibus, & extraordinarijs: Et officialis dānnoum datorum ſolum, & dum taxat circa dāna data, & Officialis Gabelle ſolum, & dum taxat circa gabellas pro ut per Statuta dicte Ciuitatis ſub Rubrica de Officio cuiuslibet predictorum latius continetur, & diſponitur: Et ſi quis contrafecerit cognoſcendo uel exequendo de his que non pertinent ad ſuum Officium, quod factū fuerit non ualeat: & nullus teneat' tali off. in dicto caſu pareꝛ, & nec poſſit aliqđ ſalariū ꝓ mercede, et exequtiōe etiā aſpōte offerētibus aut ſoluentibus reciperꝛ ſub peñ. xxv. lib. pro quolibet contrafaciente

& qualibet uice, & nihilominus ſi fuerit miles ſotius uel alius officialis minor poſſit de facto per Dominos priores Caſſari, & Dominus Poteſtas debeat alium infra octo dies loco eius ſubrogare: & eodem modo teneatur officialis gabelle maior, & dãnoꝝ datoꝝ: et p̃dicta niſi aliter fuerit tali officiali comiſſũ ꝑ dñum gubernatorẽ ſeu ꝑ dños priores uel octo cuſtodie quo caſu debeat oſtender̃ cõmiſſionẽ inſcriptis & exequi cum ſalario, & ſine ſecundũ cõmiſſionẽ ſibi fiendã per alteꝝ de predictis. ¶ Item quia contingit eodem die plures offitiales ad idem caſtrũ uel uillã comitatus dicte Ciuit. ad faciendũ diuerſas exequtiones acceder̃ in graue dãnũ nr̃oꝝ comitatinoꝝ. Statuerũt q̃d nullus miles ſotius uel alius officialis poſſit ꝑ aliq̃ exequtiõe alicuius debiti publici nec ciuilis acceder̃ ad aliq̃ uillã caſtrũ uel locũ dicti comit. Niſi habita prius licentia ab off. ciuibus deputandis ſuper exequtionibus fiendis de qua debeãt oſtendere in ſcriptis cũ ſigillo dictoꝝ officialiũ, & de exequtionibus quas fecerit uel non fecerit relatione dictis officialibus facer̃, & pignora realiter aſſignare camerario pignoꝝ, & nullo modo poſſint a nr̃is comitatinis uel ab aliquo eoꝝ etiã aſponte offerente pro pignoribus accipere aliquam pecunie quantitatem: ſed ſolũ quantum ꝑmittitur ꝑ ſtatuta noſtra accipiat per manus dicti camerarij pignoꝝ: & ſi quis contrafecerit non teneat quod factũ fuerit, & incidat in penã p̃dictã, & poſſit ꝑ dños priores caſſari, & debeat alius loco eius ſubrogari ut ſupra, & non poſſit dicta pignora ullo modo inmitter̃ uel retiner̃ in domo ſua ipſius officialis ſed ĩmediate aſſignare dicto camerario pena. v. lib. pro quolibet contrafaciente.

¶ Item ad reiciendũ in debitas, & illicitas exequtiones quas cotidie fiunt ꝑ dictos officiales, & ad hoc ut nullus de mercede ipsaꝝ exequtionũ poſſit ignorantiam pretendere ſtatuerunt quod in albo p̃toris, & ſala palatij dicti dñi poteſtatis fiat ſcriptura de hiſque recipi poſſint ꝑ ſuos officiales, & ſimiliter fiat in albo reſidentie officialis dãnoꝝ datorum, & officialis gabelle, De exequtionibus que ꝑ eos, & officiales ſuos, & familias peti uel exegi poſſint: & ſi quis in aliqua contrafecerit condẽnet̃, & priuet̃ ut ſupra.

¶ Quod Dñs Poteſtas, & eius Collecteralis pro cognitione, & deciſione cauſaꝝ ciuiliũ, & ſi ſit alterata iuriſdictio: Nihil penitus accipiant etiã aſponte offerẽtibus ſub pena. xxv. lib. ꝑ quolibet & qualibet uice, et amotionis ab offitio, & priuationis ipſi collecterali niſi pro teſtibus examinãdis ꝑ eoſdẽ uel alteꝝ eoꝝ acciper̃ poſſit bonoñ. duos ꝑ quolibet teſte. ¶ Iudex malleficioꝝ nihil etiã accipiat niſi de teſtibus examinandis addefenſã bonoñ. duos uidelicet addefenſam requiſiti, & accuſati ſubdita pena. ¶ Officialis maleficioꝝ nihil niſi pro teſtibus addefenſam bonoñ. duos ut ſupra, & pro copia alicuius proceſſus ſi petita fuerit ſolidos duos pro qualibet carta ſub pena predicta. ¶ Officialis extraordinarioꝝ de inuentionibus quas deuenire fecerit in cõi ſolidos duos pro lib. & nihil habeat de his de quibus fieret gratia ſub pena p̃dicta. ¶ Milites ſotij teneant̃ ſollicite exercere eoꝝ offitium de nocte, & de die inquirendo pro armis, & alijs delinquentibus ſecundum q̃d ꝑ ſtatuta noſtra diſponit̃ ſub pena p̃dicta. ¶ Itẽ teneant̃ facere exequtionẽ in ciuilibus extraordinarijs, & criminalibus, & habeant baſtardellum in quo Notarij ciuilium teneant̃ deſcribere omnes licentias reales, & ꝑſonales ea die qua concedunt̃ ſub pena. x. lib. cuilibet Not. contrafacienti, & ſi debitor contra quẽ licentia conceſſa fuerit habitauerit uel habuerit bona in ciuitatate teneantur dicti milites ſeu alter eorum infra octo dies poſtquã fuerit deſcriptus ĩ baſtardello. Si fuerit de comitatu ſeu habeat perſonam, et bona in comitatu infra. xv. dies feciſſe exequtionẽ realẽ uel perſnalem ſecundum formam ſue comiſſionis ſub pena lib. x & remotionis ab offitio pro quolibet, & qualibet uice qua contrafecerit ſeu negligens fuerit dũmodo debitor ſit ſoluendo in bonis uel poſſit perſonaliter haberi de quo ſtetur declarationi dominoꝝ prioꝝ uel maioris partis eorum. ¶ Et non poſſint pro aliqua exequtione reali uel perſonali etiam aſponte offerentibus pro ſe & familia aliquid accipere uel habere ſub pena predicta niſi ut infra diſponitur. ¶ Pro ſũma. v. lib. & abinde infra dimidiũ bononenum. ¶ Pro ſũma. x. lib. & ab inde infra uſque in quinque vnum bonoñ. ¶ Pro ſũma. xx. lib. & ab inde infra uſque in. x. duos bonoñ. ¶ Pro ſumma. xxx. lib. & ab inde infra uſque in. xx. bonoñ. tres. ¶ Pro ſuma, & quantitate a. xxx. lib. ſupra quantacunque bonoñ. quattuor, & predicta in ciuitate: In comitatu uero dicta ſalaria duplicent̃: Dũmodo nihil ultra poſſit haber̃ nec pro ſe nec pro familia pena. x. lib. pro quolibet, & qualibet uice, & amotionis & priuationis ab offitio. ¶ Et ſi fecerit exequtionem realem teneatur conſignare pignora creditori eadem die, & tunc creditor teneatur, ei ſoluere dictam exequtionem ſi uero fecerit exequtionem perſonalem debitor dictam exequtionem ſoluere teneat̃ antequam relapsetur.

Pro cuſtodia alicuius capti detenti uel carcerati etiam pro debito ciuili multo minus ꝑ criminali uel alia quacunq; de cauſa nihil poſſit reciper̃ etiam asponte offerentibus ſup pena p̃dicta, & amotione ab offitio. ¶ Pro exequtiõe uel captura in criminalibus uel extraordinarijs nihil etiam poſſit recipere pena p̃dicta p̃terquã de condẽnationibus factis ante offitiũ ſui poteſtatis nõ recoltatis: & de eo ſolũ quod cũ effectu uenire fecerit in cõmuni habeat duos ſol. ꝑ lib. pro ut inſtatuto dicte ciuitatis diſponitur. ¶ Pro inuenctionibus blasfemantium habeant quartam partem. ¶ Ludentium & armoꝝ habeant ſolum duos ſol. ꝑ lib. de eo quod ſolũ fecerit uenire in cõmuni & nihil ultra ſub pena p̃ditta. ¶ In ceteris cauſis non ꝓuiſis p̃nti ſtatuto ſeruẽtur alia ſtatuta dicte Ciuit. & si cõtrafecerint im p̃dictis uel aliquo p̃dictoꝝ negligentes fuerint de quo ſtetur declaratiõi Dñoꝝ prioꝝ uel maioris partis eoꝝ poſſint ꝑ dictos dños Priores caſſari, & Dñs poteſtas teneat̃ infra octo dies aliũ ſubrogar̃ ſub pena lib. C. & amiſſionis ſalarij debiti ꝑ tali officiali. ¶ Teneat̃ tñ Dñs Poteſtas ad omnem requiſitionẽ officialis gabelle: et dãnoꝝ datoꝝ ſibi familiã ſuam aut partẽ p̃ſtare: pro ſuis officijs exequendis ſine premio pena. xxv. lib. pro qualibet uice. ¶ Officialis maior dãnoꝝ datoꝝ ex ſui officiales: et famuli exerceant offitiũ dãnoꝝ datoꝝ, et nõ ſe intromittant de offitio poteſtatis: et ſuoꝝ officialiũ, et offi. gabelle: Nec etiã facer̃ poſſint inuentiones: nec ꝑ suas inuentiones procedere ultra duo miliaria a ciuitate niſi in ortis, & uineis ĩ quibus quocunque in loco in dicto comitatu per inuentionem procedere poſſint: Quia de dãnis datis in reliquis poſeſſionibus extra duo miliaria debent fieri denumptiatiões per ſindicos locorum in quibus damna ipsa fuerint data ad querelam dominorum poſſeſſionum ibidem exiſtentium. ¶ Et predicta fecerũt ut habilius uacare poſſint circa reparationem uiarum, & pontium dicte Ciuitatis nec poſſint ſcribere denumptias, & accuſatiões coram eis ꝓducendas: nec per eis aliquam solutionẽ recipere, nec pro caſſatura alicuius querele uel denũptiationis, nec aliquid pro aliquo actu recipe etiã aſponte offerenti: Nec aliquo queſito colore: niſi pro ut ꝑ ſtatuta noſtra diſponit̃: Nec poſſint citationem ipſi facere per ſe uel per familiares ſuos, & ſi in aliquo contrafecerint uel negligentes fuerint in currant penam lib. decem proquolibet, & qualibet uice. ¶ Item non poſſint occaſione proceſſus uel alterius ſententie fiende in dãnis datis aliquo modo aliquid accipere etiam asponte offerentibus ſub pena predicta. ¶ Itẽ quod teneantur exiger̃ condẽnationes pro dãnis datis & dicta occaſione ꝑsonaliter accedere uel mittere ſuos officiales qui nullo modo propignore uel tenuta poſſint accipere denarios, ſed ſolũ pignus uel tenutam: Quã infra octo dies teneatur preſentare camerario pignorum, & per manus dicti camerarij recipere quantum per ſtatuta noſtra permittit̃ pro exequtione, & non ultra: nec alio modo ſub pena predicta. Et teneatur actari facere uias, & pontes & maxime infra miliare ſub pena preditta, & amotiõis adicto offitio. ¶ Officialis maior gabelle & ſui offitiales solũ intendãt ad exigendũ gabellas tã uenditas quã etiã non uenditas, & nõ intromittat ſe in alijs exactionibus, & non poſſint aliquam exequtionem reccipere etiã aſponte offerentibus niſi acceperit realiter, & uere pignora uel tenutas: quas tenutas, & pignora facere non poſſint aliquo modo p̃cipiendo ſindicis quod illa faciant: ſed ipſi teneantur perſonaliter accedere, & pignora ſiue tenutas a debitoribus ſibi facere conſignari, & non pecunias, et illa infra octo dies conſignare camerario pignoꝝ, & pro ſua exequtione per manus camerarij, & pro ſuo labore tenutaꝝ, & pignoꝝ recipere ſecundũ quod ꝑ ſtatuta dicte Ciuit. permittit̃, & non aliter nec alio modo ſub pena predicta, & remotionis ab offitio ſi ĩ aliquo p̃dictoꝝ contrafecerint uel fuerint negligẽtes: Ad quam poſſint procedere domini priores Ciuitatis preditte pro tempore exiſteñ. ex eorum offitio & non poſſint dicti officiales capsi ullo modo remitti. ¶ Et Officiales predicti non deferant cedulas nec faciant accuſas nec ſupplicatiões: uidelicet neque dãnoꝝ datoꝝ officiales: neque gabelle. ¶ Baiuli ferentes cedulas habeant ꝑ comitatum ꝑ primo miliari duos ſol. & de inde ſupra unũ ſol. pro quolibet miliari. ¶ Et officiales gabelle p̃dicte nõ pignorent probuccis & alijs niſi pro ut erit eis permiſſũ a dictis quattuor deſuper deputatis. ¶ Et domini priores teneantur facere deſcribi in albo pretoris omnia predicta.

FINIS.

¶ Impreſſum in Ciuitate Caſtelli quæ ab antiquis Tifernum Tyberinum appellatur.
Per Magiſtrũ Antontũ de Mazochis Cremonenſem: & Nicolaũ
& Bartolameũ fratres de Guccijs de Cortona.

TABVLA STATVTORVM DOMINORVM PRIORVM

QVOD Ciuitas regatur ad populum, & commune cap. 1. fol. 2
De maſſa populi: & de modo eam congregandi Cap. 2. fol. 2
De auctoritate, & creatione conſiliorum ſpecialium populi dicte ciuitatis cap. 3. fol. 2
Quod nullus redarguat arrēgantē cap. 4. fol. 2
De electione, & renouatione, dominorum Priorum, & eorum Notariorum, & dicti Conſilij & eorum officio cap. 5. fol. 3
De Officio Dominorum Priorum ciuitatis caſtelli cap. 6. fol. 3
Quod nullus dominis prioribus populi ualeat aliquid proteſtari cap. 7. fol. 3
De ext actione Dominorum priorum cap. 8. f. 3
De introitu dominorum priorum, & eorum iuramento cap. 9 fol. 3
Quod priores habeant duo uexilla, & forma trahendi cap. 10. fol. 4
De ſupra priore creando, & habendo, & partitis inter eos mictendis cap. 11. fol. 4
De auctoritate, & balia dominorum priorum. cap. 12. fol. 4
De salario dominorum priorum, & eorum notarij cap. 13. fol. 4
De officio Notarij dominorum priorum cap. 14 fol. 4.
De officio capitanei, & coneſtabilis familie dominorum priorum, & eius electione cap. 15. fol. 5
De electione, & officio tubatorum campanarioꝝ, & balitorum ad ſeruitium dictorum dominorum priorum. cap. 16. fol. 5
De electione, & officio cancellarij, & Notarij reformationum. cap. 17. fol. 5
De electione, & officio Camerarij communis. cap. 18. fol. 5
De electione, & notariorum camere, & orum officio cap. 19. fol. 6
De ualore floreni, & monete ap. 20. fol. 6
De iuramento poteſtatis, & ſuorum officialium cap. 22. fol. 7
De electione maioris ſindici, & iudicis appellationū ca. 23. fol. 7
De electione officialis damnorum datorum. cap. 24. fol. 8
De electioae officialis gabelle cap. 25. fol. 9
De electione, & officio uexiliferorum ciuitatis cap. 26. fol. 9
De electione, & officio penoneriorum comitatus cap. 27 fol. 10
De electione, & officio ratiocinatorum cap. 28 fol. 10.
De electione, & officio conducte ſeu muſtre. cap. 29. fol. 10
De electione extimatorum equorum, & extimationibus equorum ſigillandis cap. 30. fol. 11
De electione ambaſciatorum, & eorum ſalario. cap. 31. fol. 11
De electione cuſtodum ſtantialium noturnorum, et diurnorū & eorum ſalario cap. 32. fol. 11
De electiōe, et officio capitātiaꝝ cap. 33. fo. 11
De electione balitorum communis cap. 34. f. 12
De electione aprobatorum cōmunis, & eorum officio. cap. 35. fol. 12
De electione officialis ſuper ſpijs cap. 36. fol. 12
De electione capitaneorum caſtrorum dicte ciuitatis. cap. 37. fol. 12
De electione depoſitarij datiorum ueterum, & eius Not. & eorum officio cap. 38. fol. 12
De electione magiſtrorum grammatice, & pedagogorum cap. 39. fol. 13
De electione difinitorum communis, & eorum officio. cap. 40. fol. 13
De electione, & Officio Notariorum apaſatus. cap. 41. fol. 13
De electione ſindicorum generalium comitatus, & eorum officio cap. 42. fol. 13
De electione ſindici minoris, & aduocati communis, & eorum officio, et ſalario ca. 43. fol. 14
De electione medicorum cap. 44. fol. 14
De electione exactorum datiorum, & fumorum, & eorum officio. cap. 45. fol. 14
De electione rectorum, & Priorum fraternitatis beate Marie ſemper virginis, et aliorum rectorum hoſpitalium cōmunis dicte ciuit. cap. 46. fol. 15.
Quod nullus offendat Priores, & qualiter poſſit procedi contra Priores delinquentes, & qualiter prior accuſatus poſſit ſe excuſare. cap. 47. fol. 15
Quod nullus Prior uel eoꝝ filij uel fratres poſſint eligi in aliquo officio. cap. 48. fol. 16
De electionis mundatoris ſeu ſpazzatoris platee communis cap. 49. fol. 16
De credentijs tenendis per priores inter ſe, & per eos impoſitis obſeruandis. Cap. 50. fol. 16
Quod nulla iura cōuenticula uel conſpiratio fiat in ciuitate uel comitatu caſtelli cap. 51. fol. 16
Qualiter, & per quos ordinamenta populi que eſſent obſcura declarentur. cap. 52. fol. 16
De ſigillo dominorum priorum habendo, & modo ſigillandi. cap. 53. fol. 16
De rebus que uenduntur pro communi non emendis per officiales cōmunis cap. 54. fol. 17
Quod iuriſdictio quam Ciuitas habet in caſtris non poſſit alienari cap. 55. fol. 17
Quod non poſſit apellari aproceſſibus factis auctoritate dictoꝝ ordinamētoꝝ ca. 56. fol. 17
Quod nulla porta ciuitatis poſſit de nocte aperiri. cap. 57. fol. 17
Quod nullus officialis cōmunis poſſit tenere aliquem equm ad ſtipēdiū communis c. 58. f. 17
Quod omnes ſtipendiarij tam equites quam pedites communis teneantur iurare ſequimentū priorum populi. cap. 59. fol. 17
Quod poteſtas, & alij offitiales dicti communis teneantur iurare ſeruare ſtatuta populi: & quod dicta ſtatuta ꝑualeāt alijs oībus ſtat. c. 60. f. 17
Qualiter cōdēnationes debeāt ſolui c. 61. f. 17
Quod nullum opus communis detur ad faciendū niſi ad incantum. cap. 62. fol. 17
Quod priores neque cam̄. comunis poſſit dare alicui off. cartā ceram nec pēnas ca. 63. fol. 17
De electione officialium ciuium, & eorum deueto. cap. 64. fol. 18
De deueto officialum forenſium cap. 65. fol. 18
De modo concedendi repreſaleas, & eis utendi. cap. 66. fol. 18.
Quod cōfines comitatus reuideāt ca. 67. f. 19
Quod habentes iura communis relaxare debeant. cap. 68. fol. 19
De inſtrumentis communis ponendis in regiſtro communis. cap. 69. fol. 19
De balneo de fontechio cap. 70. fol. 19
Quod nullus ſine licentia Dominorum priorum poſſit imponere uel exigere aliquod datium mutam uel collectā uel aliquam factionē realē uel perſonalem in cōit. caſtelli cap. 71. fol. 19
Quod dn̄i Priores poſſint, & debeant uendere gabellas, & alios prouentus cōmunis adincantum Cap. 72. fol. 19
De inmunitate forenſium cap. 73. fol. 19
De electionibus officialium, & ſtipendiarioꝝ non portandis ꝑ alios quam ꝑ ciues cap. 74. f. 20
De honorandis feſtiuitatibus beatoꝝ Floridi, & Amantij. cap. 75. fol. 20
De honorando feſtiuitatem beate Lucie uirginis cap. 76. fol. 20
De elimoſinis, et oblationibus fiendis c. 77. f. 20
Quod ad officium maioris ſindici ſpectet cognitio, & executio oīum ſtatutoꝝ in preſenti uolumine contentorum. cap. 78. fol. 21

¶ Reformatio de officio officialium, & eoꝝ executionibus ex libro reformationū communis ſignato. P. littera manu Dn̄i Lilij Archilibellis cancellarij. fol. 21

FINIS.